CORPVS CODICVM LATINORVM ET PORTVGALENSIVM

EORVM QVI

IN ARCHIVO MVNICIPALI PORTVCALENSI

ASSERVANTVR

ANTIQVISSIMORVM

IVSSV

CVRIAE MVNICIPALIS

EDITVM

DIPLOMATA, CHARTAE ET INQVISITIONES

VOLVMEN I

FASCICVLVS I

DIPLOMATA ET CHARTAE

PORTVCALE

TYPIS PORTVGALENSIBVS

MDCCCXCIX

CORPVS CODICVM

CORPVS

CODICVM LATINORVM

ET PORTVGALENSIVM

EORVM QVI

IN ARCHIVO MVNICIPALI PORTVCALENSI

ASSERVANTVR

ANTIQVISSIMORVM

IVSSV

CVRIAE MVNICIPALIS

EDITVM

DIPLOMATA, CHARTAE ET INQVISITIONES

VOLVMEN I

PORTVCALE

TYPIS PORTVGALENSIBVS

MDCCCXCI

«...O sr. Presidente (dr. *Antonio de Oliveira Monteiro*) propôz que uma commissão, composta dos srs. dr. Ricardo Jorge, dr. José Carlos Lopes e José Caldas, ficasse encarregada de coordenar os documentos do *Archivo Municipal* que tivessem merecimento historico.»

Livro CXXXII *das Vereações*, f. 25-v.

(Sessão de 29 de outubro de 1888.)

MONUMENTA antiquissima, ad nostri juris publici hostoriam, nondum scriptam, enucleandam, magna et insperata subsidia suppeditatura, in Archivo Curiae municipalis portucalensis asservari, propter hujus municipii, ut corporis politici atque juridici, altam vetustatem, multi opinantur. Nihil tamen hac praesumptione inanius.

Curiae Municipalis Portucalensis Tabularium, titulis et diplomatibus magni atque indubitati momenti, cum socialis tum politici, ad saecula XVI et XVII spectantibus, fortasse ut pauca, dives, pauper contra, immo pauperri-

A REMOTISSIMA origem do corpo municipal do Porto, como entidade politica e juridica, faz presumir a muita gente que o seu Archivo conciliar deverá conter documentos de uma antiguidade extrema, dados a diffundir valiosos e não suspeitados esclarecimentos sobre a historia, ainda por fazer, do nosso direito publico. No emtanto nada menos fundado que este presentimento.

O Cartorio da Camara Municipal do Porto, rico, porventura, como poucos, em titulos e diplomas de incontestavel merito, quer social quer politico, relativos aos seculos XVI e XVII, é, em triste compensação com

mum est quoad monumenta, saecula superiora directe illustrantia. [1]

Verum est *Burgum Portucalensem,* jam inde a saeculo XII in Historia, omnibus id aetatis politicis eventis comprobata, juxta leges semiromanas et semigothicas, quibus ejusmodi universitates tunc in Peninsula regebantur, constitutum inveniri.

Antehac, scilicet ex quo tempore Ferdinandus Magnus, vel potius, Sesinandus, vir mosarabs, a Tentugale oriundus, qui pro illo strenue pugnabat, bello regnum protulerat, usque ad Comitis Nuni Menendes conjecturalem dominationem, *Portucalensis districtus* nobis tantum ut nomen incertum, ad militarem expansionem significandam, occurrit. Indubium sane est illud territorium, jam inde a medio saeculo IX, in historicis illius aetatis monumentis *Comitatum Portucalensem* haud raro

(1) Legi hac de re meretur *Animadversio praevia,* quam Emmanuel Joachim d'Oliveira Almeida Vidal suo inserit operi, quod inscribitur *Compendio Historico Chronologico e Legislativo do Cofre da Cidade, em que se comprehendem algumas noticias das rendas antigas da mesma Cidade, mandado compôr, em 1805, por o Desembargador, Juis de Fóra, Francisco Caetano d'Oliveira Almeida e Castro.*

Codex M. S. Municipalis.

essa abundancia, pobrissimo, indigente mesmo, no que toca a informações que digam directamente respeito aos seculos anteriores. [1]

É verdade que, a partir do XII seculo, achamos na Historia, devidamente constatada com todos os elementos politicos do tempo, a existencia do *Burgo Portucalense,* ordenada já em harmonia com a legislação semi-romana semi-goda das instituições, suas congéneres, da Peninsula.

Até ahi, desde as conquistas de Fernando Magno, ou antes, do seu formidavel campeador, o mosarabe Sesinando, de Tentugal, até á presumivel dominação do Conde Nuno Mendes, o districto do Porto não se nos offerece senão como um vago termo de expansão militar. É certo que não é raro já apparecer na Historia, desde o meado do seculo IX, como *Condado Portucalense;*—mas, afóra este titulo em que apenas se podem suspeitar as varias circumstancias politicas que concorrem, na qua-

(1) Merece ser lida, sobre este ponto, a *Advertencia preliminar* que Manoel Joaquim de Oliveira Almeida Vidal insére no seu *Compendio Historico Chronologico e Legislativo do Cofre da Cidade, em que se comprehendem algumas noticias das rendas antigas da mesma Cidade, mandado compôr, em 1805, por o Desembargador, Juiz de Fóra, Francisco Caetano de Oliveira Almeida e Castro.*

M. S. Municipal.

nuncupari; sed, hoc excepto nomine, ex quo multiplicia adjuncta politica vix conjici possunt, quae in Hispania plerumque in ejusmodi wisigothicis institutis concurrunt, caetera omnia controversa et propius inspicienda. Ipsi illius Comitatus fines in dubium vocari possunt. Videtur tamen eos, Sancii II temporibus (MLXVII-MLXXII), a septentrionali et orientali parte regionem attingere, quae Alto Minho dicitur, et orientem versus ad partem ejus provinciae porrigi quam hodie Tras-os-Montes [1] appellamus. Necesse erat Gallaeciae Comitatum, qui Ferdinandi Magni postremum fuerat somnium, et jam ut quaedam Regni Legionensis disjunctio habendus erat, in futurae nationis portugalensis commodum posterius distrahi, ut id quod Portucalensis districtus tanquam *Burgus* constitueretur veri socialis eventus assumeret magnitudinem.

Hoc tamen animadvertere tantum oportet, quod ea res, quasi inopinato inter dissidias et acres illius temporis contentiones apparens, si pro earum claro documento haberi nequeat, ut unius feminae, regio genere natae, arbitrii, potius quam popularis con-

(1) Mon. Sil. *Chron.* n. 103. A. Herculano. *Hist. de Port.* I. L. I. 192. *nota* I. 470. et seqq.

se totalidade dos casos, nas instituições wisigothicas, suas semelhantes, da Hespanha, tudo o mais é materia para averiguações e controversias. A propria extensão de um tal dominio é contestavel. Presume-se, no emtanto, que, no tempo de Sancho II (1067-1072) as suas fronteiras corriam, pelo norte e nascente, até o Alto-Minho, parecendo encaminharem-se, pelo oriente, até uma parte da que hoje appellidamos provincia de Tras-os-Montes. [1] Era preciso que o desmembramento do Condado da Galliza, ultima illusão de Fernando Magno, e que já de si representava tambem um fraccionamento da corôa de Leão, viesse a operar-se, mais tarde, em proveito da futura nacionalidade portugueza, para que a constituição do districto do Porto, como *Burgo,* podesse assumir as proporções de um verdadeiro facto social.

Somente é, porém, de advertir que este acontecimento, quase que emprevistamente surgido no meio das dissenções e das vivas discordias d'aquella edade, quando não possa capitular-se como eloquente documento d'ellas, mais se nos desenha como

(1) Mon. Sil. *Chron.* n. 103. A. Herculano. *Hist. de Portugal.* I. L. I. 192. *nota* I. 470 e segg.

scientiae manifestatio, nostro obversatur animo.

Unde perspicitur quare *Burgi Portucalensis* donatio, a vidua Comitis D. Henrici in D. Hugonis, Episcopi Portucalensis, gratiam peracta, neque in publicis actis neque in palatinis tabulariis ullum adjunctorum quae eam praecesserunt vestigium, nisi forte sui effectus tenuem suspicionem, reliquerit.

Illud vix nobis cognoscere licet, Reginam D. Theresiam, ad hanc faciendam donationem, rationibus inductam esse, quas hodie patrio sermone *partidarias* haud immerito diceres, quod sane politicis eventis, a quibus donatio orta est, dilucidandis, plurimum confert.

Episcopus Portucalensis, D. Hugo, ex quo ad hanc sedem Episcopalem occupandam designatus est, virum ita se praebet singularem, ut ejus vultus ex Historia evanescere facile nequeat.

Id quod a Gallis [1] ortus atque Portucalensis Episcopus, priusquam

(1) Plurimorum emigratio e Galliae provinciis meridionalibus ad Peninsulae occiduam partem, nomine rei militaris, votivae peregrinationis ad S. Jacobum Compostellanum, christianae religionis inimi-

uma affirmação da vontade pessoal de uma Princeza, do que como expressão do sentimento collectivo de um povo.

E aqui está como a doação que, do *Burgo Portucalense,* fez a viuva do Conde D. Henrique ao Bispo do Porto, D. Hugo, não deixa nos registros publicos nem nas chancellarias palatinas nenhum vislumbre dos seus precedentes, acaso um tenue presentimento da sua realisação.

Como elucidação particular, certamente que importante para a comprehensão dos successos politicos de que deriva, apenas nos é dado conhecer que a Rainha D. Thereza procedeu, no caso, por motivos a que bem podéramos dar hoje o qualificativo de partidarios.

O Bispo do Porto, D. Hugo, é, desde a sua indicação para a Mitra Portucalense, um personagem demasiado singular, cuja phisionomia a Historia não póde facilmente perder.

Francez de nascimento [1] e eleito para o Pontificado Portucalense antes

(1) Sob diversos pretextos — aventuras militares, romagens de voto a Compostella e propositos de exterminar os inimigos da cruz — começa, desde o seculo IX, a estabelecer-se uma poderosa corrente de

ad presbyteratus ordinem promoveretur, electus esset, quamvis magna habenda sit exceptio, vim tamen quae eum dirigebat nondum plene detegit.

Ad hoc necesse est ut eum longius quaeramus, fortasse quo tempore Compostellae, tamquam ecclesiae S. Jacobi Archidiaconus, [1] commoratus est.

Illic, in vasta et splendida Galleciae cathedrali ecclesia, Episcopi Didaci Gelmiridis innumerabilium tricarum amplo et portentoso theatro, ab hodiernis rerum scriptoribus quaerendus est. Hujus singularis viri, qui simul Episcopi et legati, monachi et

eorum extirpationis, jam inde a saeculo IX incoeperat. Brevi nobiles, his ducti rationibus, illuc frequenter proficiscuntur, gloriam et fortunam quaerentes. Pernotescunt quae Robertus, agnomine *Frisius*, Flandriensis Comitis filius natu minor, patri dixit, cum nullam videret sibi rerum paternarum obtingere partem: «*Donnez-moi des hommes et des vaisseaux, et j'irai conquérir un Etat chez les Sarrazins d'Espagne*». (Ernest Petit, *Croisades Bourguignonnes*. Revue Histor. XXX. 260). Haec emigratio Gregorio VII (*Gregorii* VII. *Epist. D. Bouquet. t.* XIV *pp. 566-7*) et monachis Cluniacensibus (*Collet. Moreau. Supp. t. 283*) maximae erat curae. Exploratum videtur et D. Hugonem et ejus fratrem Guilhelmum in Peninsulam paulo ante pugnam ad Zalakam venisse. Forsitan in numero illorum nobilium burgundiorum ducendi sint, quorum unus, fortasse qui rationis reipublicae administrandae omnium peritissimus, prima libertatis Portugalensis fundamenta jacturus erat.

(1) D. Hugo, priusquam ad sedem episcopalem Portucalensem produceretur, in *Historia Compostellana* apparet interdum ut *Cardinalis*, interdum ut *Capellanus*. Anno tantum MCIX (*aera* MCXLVII) *Archidiaconus* primum dicitur (*Dissert. Chronol.* T. IV D. XVIII), cum jam antea annalibus ecclesiae Compostellanae conscribendis, simul cum thesaurario Munio Alphonso, praefectus esset.

mesmo de receber ordens de presbytero, esta excepção, posto que grande, não descobre ainda inteiramente a influencia que o dirige.

Para isso torna-se necessario que o busquemos desde mais longe, por ventura na sua passagem por Compostella, como Arcediago da egreja de Santhiago. [1]

É ahi, na vasta e grandiosa cathedral da Galliza, amplo e portentoso theatro das mil intrigas do Bispo Diogo Gelmires, que as modernas investigações historicas o devem buscar. Foi ahi que, lentamente, se foi preparando, n'uma gestação laboriosa

emigração, das provincias do meio-dia da França, para o occidente da Peninsula. Este ideal não tarda a attrahir a si grande numero de nobres aventureiros, que veem em busca de gloria e de fortuna. É bem conhecida a phrase de Roberto, *le Frison*, filho segundo do Conde de Flandres, quando, ao vêr-se sem nenhuma partilha na casa paterna, disse para seu pae: «*Donnez-moi des hommes et des vaisseaux, et j'irai conquérir un Etat chez les Sarrazins d'Espagne*». (Ernest Petit, *Croisades Bourguignonnes*. Revue Histor. XXX. 260). Gregorio VII (*Gregorii* VII. *Epist. D. Bouquet*. t. XIV pp. 566-7) e os monges de Cluny (*Collet. Moreau. Supp.* t. 283) tomam o maximo interesse n'esta corrente. Parece estar averiguado que tanto D. Hugo, como seu irmão Guilherme, entraram na Peninsula pouco antes da jornada de Zalaka, fazendo, por ventura, parte dos illustres bourguinhões, a um dos quaes, talvez ao mais politico, tinha de dever Portugal o primeiro elemento constitutivo da sua independencia.

(1) Antes da sua elevação á mitra Portucalense, D. Hugo figura, na *Historia Compostellana*, umas vezes como *Cardeal* outras como *Capellão*. Sòmente em 1109 (*era* de 1147) é que o vemos apontado como *Arcediago* (*Dissert. Chronol.* T. IV. D. XVIII), tendo já sido encarregado, com o thesoureiro, Munio Affonso, de escrever os fastos da sua egreja.

militis, hominis dolosi et paenitentis, oratoris fraudulenti et reliquiarum furis astuti [1] partes egit contrarias, summa sollertia lente et laboriose, sed continuo, illic adolevit.

Episcopus Compostellanus, qui, araneae instar, telam texit artificiosam, cum Hugonis ad sedem Portucalensem electione suum vastum opus inchoat. Sed Gelmirides majora, quin etiam multo majora intendit. Homine huic propius inconstantem Reginam opus est, qui, saltem ob Episcopalem dignitatem, ad litem in posterum cum Metropolitano Bracharensi coram Papa Callixto II agendam, eum adjuturus sit. Meliorem vero Hugone non poterat illi fortuna praebere procuratorem.

Didacus Gelmirides temporibus sane callidissime inserviebat; nam, per D. Hugonis electionem ad sedem Episcopalem Portucalensem, eo tempore cum ea ecclesia, suis exuta praerogativis et ab Archidiaconis administrata, a Ferdinandi Magni aetate, et quoad possessiones et quoad jurisdi-

(1) Furtum Archiepiscopo Bracharensi, S. Geraldo, factum est, quamvis fur, ut ipse fatetur, ab illo benigne hospitio exceptus esset.

Dissert. Chronol. T. IV. D. XVIII.

e sempre progressiva, a superior capacidade d'este estranho personagem, mixto contradictorio e confuso de prelado e de agente diplomatico, de monge e de guerreiro, de intrigante e de penitente, de embaixador refalsado e de astuto roubador de reliquias. [1]

A sua eleição para a mitra do Porto é já o primeiro passo da vasta obra de Gelmires. É como que o estender da sua engenhosa teia. Mas o Compostellano quer mais; quer mesmo muito mais. Elle precisa de ter mais perto da inconstante Princeza, ao menos pela dignidade prelaticia do cargo, o homem que o ha de ajudar, mais tarde, a pleitear junto do Papa Callixto II, as suas differenças com o Metropolitano de Braga. Hugo é, pois, o melhor agente que a fortuna lhe póde deparar.

Portentosa politica a d'este homem! Com a eleição de D. Hugo para Bispo do Porto, no momento em que esta egreja, abatida das suas preeminencias e regida por Arcediagos, desde os dias de Fernando Magno, tende a alevantar-se, tanto em territorios como em jurisdic-

(1) O roubado foi o Arcebispo de Braga, S. Geraldo, não obstante o excellente agasalho com que o recebeu, e de que o proprio roubador dá testemunho.

Dissert. Chronol. T. IV. D. XVIII.

ctionem exsurgere quaerit, apud Alphonsi VI filiam spuriam eandem obtinet incredibilem auctoritatem, qua inter D. Urracae, illius sororis, fautores jam pollebat. Quum exinde utriusque Reginae factiones, quae toties armis sunt congressae, ea caeca vi contendent, quae illius aetatis pugnarum propria est, Compostellanus Episcopus in victorum numero semper habebitur. Nam, si Alphonsi Raymundes viduae vincent fautores, Episcopus Gelmirides Compostellae, ad eorum victoriam celebrandam, aderit; sin autem terga dabunt, et viri D. Theresiae partibus faventes victoriam adipiscentur, Portucale erit qui pro illo eosdem canat triumphales hymnos. Ideo satis superque habebat Didacus Gelmirides, quod sui procuratoris consecrationem donationibus celebraret. [1]

Sede episcopali Portucalensi ea ratione adepta, ulterius progredi oportebat; baculus enim pastoralis causa tantummodo amplioris patrimonii acquirendi dici poterat. Hoc inceptum, quod exsequi expediebat, sin-

(1) ...De qualquer modo se deve suppôr que ao Bispo de Compostella, de quem *(D. Hugo)* era alumno, e que de Compostella o brindára, na Sagração, com um *pontifical,* deveu D. Hugo a sua promoção. *Dissert. Chronol.* T. IV p. 44. D. XVIII.

ção, Diogo Gelmires alcança junto da bastarda de Affonso VI o mesmo mysterioso predominio que o assignala já entre os parciaes de sua irmã, a Princeza D. Urraca. D'ora ávante, quando as facções das duas Infantas que, por tantas vezes, vieram ás mãos, se travarem n'aquelle empenho cego que tanto caracterisa os recontros d'aquelle tempo, o de Compostella estará sempre vencedor. Porque se vencerem os homens da viuva de Affonso Raymundes, lá estará elle em Santhiago para lhes festejar a victoria; ao passo que se as armas se lhes mostrarem adversas e prevalecerem os parciaes de D. Thereza, lá terá, no Porto, quem cante, por elle, os mesmos hymnos triumphaes. Razão sobeja tinha elle, portanto, para festejar, com presentes, a sagração do seu procurador. [1]

Alcançada, assim, a mitra Portucalense, cumpria não ficar por ali. O baculo era, quando muito, um pretexto para a conquista de mais vasto patrimonio. É esse passo que importa soltar, e que, de feito, vemos rea-

(1) ...De qualquer modo se deve suppôr que ao Bispo de Compostella, de quem *(D. Hugo)* era alumno, e que de Compostella o brindára, na Sagração, com um *pontifical,* deveu D. Hugo a sua promoção. *Dissert. Chronol.* T. IV. p. 44. D. XVIII.

gulari peritia perfectum est, cum Regina, a. d. XIV kal. maias anno MCXX (Aera MCLVIII), *Burgum Portucalensem* Hugoni donavit.

Hic, Episcopus electus priusquam ad ordinem praesbyteratus promoveretur, Portucalis dominus per diploma regium factus, ne in *Burgo* quidem habitans, quem Regina, praesulis Compostellani partibus jampridem occulte addicta, ei sic donaverat, *foralis* chartam novae possessioni, certe ut ita auctoritatem suam melius firmaret, paulo post (Anno MCXXIII—Aera MCLXI [1]) sollerter concessit.

Quam perseverantissimae investigationes historicae nullum, mirabile dictu! suppeditant indicium effectuum, quos haec odiosa beneficia, viro insuper alienigenae concessa, vix eo quod

(1) Simulatio, in hac conscribenda charta *de couto* adhibita, ea est ut ad indignationem moveat. D. Hugo, cujus consuetudo cum D. Henrici vidua jam in suspicionem vocatur, fatetur se hanc concedere chartam *de couto* Portucalensibus popularibus, ut, praeter alia, quae eum ad id inducunt, Deus Reginae D. Theresiae remissionem omnium peccatorum et vitam aeternam indulgeat: *hanc autem kartulam facimus ut deus omnipotens concedat domine nostre Regine Tarasie remissionem omnium peccatorum suorum et det ey vitam eternam*. Episcopus, cui causae erant sese D. Theresiae propinquis et amicis annumerandi, divinam misericordiam pro his tantum implorat —*et suis parentibus* (Reginae Tarasiae) *e amjcis e nobiscum faciat* (Deus) *misericordiam amen*. In charta haec adscribitur dies: II *id. jul.* Aera MCLXI. (Anno MCXXIII).

Liber Magnus, f. 1, col. 2.

lisado com singular pericia, na doação do *Burgo,* feita pela Rainha aos 14 dias das kalendas de maio da Era de 1158, ou seja a 18 de abril do anno de 1120.

Bispo eleito sem a dignidade presbyterial, senhor do Porto por carta regia, sem, sequer, residir no *Burgo,* que a Rainha, velha e mysteriosa amiga do Compostellano, assim lhe outorga, D. Hugo não tarda a assignar carta de *foral* ao seu novo districto (1123 Era de 1161 [1]) como meio habil de consolidar a propria auctoridade.

E, singularissima conjunctura! Ao passo que as mais perseverantes investigações historicas nos não fornecem o menor indicio da influencia que estes odiosos favoritismos podes-

(1) Chega a ser revoltante a hypocrisia que preside á redacção d'esta carta *de couto!* D. Hugo, cujas relações com a viuva do Conde D. Henrique são já suspeitas, confessa que faz couto aos moradores do Porto, além de determinado por outras causas, para que Deus Nosso Senhor faça esmola á Rainha D. Thereza da inteira remissão de todos os seus peccados, e lhe conceda, bem assim, depois d'esta, o descanço da vida eterna: —*hanc autem kartulam facimus ut deus omnipotens concedat domine nostre Regine Tarasie remissionem omnium pecatorum suorum et det ey vitam eternam*. Tendo razões para incluir-se no rol dos parentes e amigos d'aquella Princeza, o Bispo pede, apenas, para estes, a divina misericordia— *et suis parentibus* (Reginae Tarasiae) *e amjcis e nobiscum faciat* (Deus) *misericordiam amen*. A carta tem a data de 14 de julho do anno de 1123 — II *id. jul.* Era MCLXI.

Livro Grande, f. 1, col. 2.

ad provinciam nobis hostilem pertineat, cognito, Portucalis popularibus, natura tunc turbulentis et factionibus, a primis saeculi XII decenniis, deditis, forsitan attulerint; numerus tamen diplomatum, ex quibus frequentes apparent favores, quos Regina Hugoni continuo largitur, major in dies fiebat.

Septimo anno post *Burgi Portucalensis* donationem, prout ea ad nostram pervenit notitiam, D. Theresia dominium quod *Couto de S. Frausto* dicebatur et in loco Regoa [1] situm erat, eidem jam donabat Episcopo, itemque paulo post monasterium Boucense [2] *(de Bouças)*, tum ipsum cum «dimidiam partem portus aquae fluminis Durii, a loco quem *pedra salgada* vocant usque ad mare» ei concedebat, cui gratiae

(1) S. Frausto de Regula. Aera MCLXV. III. non. octob. (Ann. Incarnat. MCXXVII). *Censual do Porto,* f. 48-v. apud *Dissert. Chronol.*

In hac donatione D. Alphonsi, regni Portugalensis futuri conditoris, atque Infantarum D. Urracae et D. Sanciae subscriptiones jam apparent.

(2) Monasterium Boucense *(de Bouças)* jam ad regiam redierat potestatem D. Sancii I temporibus, qui illud a. d. III kal. aug. *(Aera* MCCXXXIV) filiae suae Mafaldae donaverat, ut sanctimonialibus incoleretur Cisterciensibus.

Real Arch. Gaveta 13, maço 4. n. 5. *Censual,* f. 89. Ribeiro. *Dissert. Chronol.* IV.

sem, por ventura, exercer sobre uma população naturalmente irrequieta e partidaria como foi a do Porto, desde as primeiras décadas do seculo XII, favoritismos que se particularisam, de mais a mais, em beneficio de um estrangeiro que ninguem conhece senão como fazendo parte de uma provincia que nos é hostil, é de ver como se vão multiplicando os documentos que nos attestam as repetidas graças que a Rainha se não cança de lançar-lhe aos pés.

Sete annos corridos sobre a outhorga do *Burgo,* nos termos por que este facto chegou ao nosso conhecimento, D. Thereza assignava já uma nova doação do *Couto de S. Frausto,* da Regoa, ao mesmo Prelado, [1] seguindo-se-lhe a do mosteiro de Bouças, [2] justamente quando lhe fazia a cedencia da «metade do porto da agua do Douro, desde a *pedra salgada* até o mar», graça em que apparece tam-

(1) S. Frausto de Regula. Era 1165. III. non. octob. (5 de outubro) Ann. Incarnat. 1127. *Censual do Porto,* f. 48-v. apud *Dissert. Chronol.*

N'esta doação apparecem já os nomes das Infantas D. Urraca e D. Sancha, bem como o do futuro fundador da nacionalidade portugueza.

(2) O mosteiro de Bouças estava já na corôa no tempo de D. Sancho I. Na era de 1234 *(a III das kal. d'agosto)* doava-o este monarcha a sua filha, Mafalda, para o povoar de religiosas de Cister.

Real Arch. Gaveta 13, maço 4. n. 5. *Censual,* f. 89. Ribeiro. *Dissert. Chronol.* IV.

etiam Infans D. Alphonsus subscribit, fortasse cum jam mater et filius in eo erant ut animus erumperet hostilis, qui alterum ab altera perpetuo divisurus erat. [1]

Quomodo autem Portucalenses cives has plusquam suspectas prodigentias Reginae, quae nec semper viam sequebatur optimam, in gratiam praeterea Episcopi, certe non solum illis ignoti, sed etiam evidenter hostilis, effectas, exceperint, penitus ignoratur.

Conjicere tamen licet burgi populares, vago quodam inductos instinctu animi magnitudinis, quam adjunctorum vis reprimebat, fortiter, quamvis initio occulte atque inordinato, restitisse, ita ut turbae quasi jam praenuntiari possent, quae adversus Episcopos D. Martinum Rodrigues et D. Petrum Salvadores, D. Sancii II temporibus, antequam saeculum interjiceretur (MCCXXVI-MCCXXXVII), erant erupturae.

Hac ipsa aetate initium capit diu-

(1) Hos duos annos — MCXX et MCXXVIII, — quibus Reginae D. Theresiae largitas erga D. Hugonem manifestius apparet, conferre oportet. Priore anno D. Urraca et Gelmirides hinc, D. Theresia et Ferdinandus Peres illinc, maximo studio de republica inter se concertant: altero anno Infans D. Alphonsus e matris suae, Reginae D. Theresiae, tutella se emancipat. Ita in his duobus nostrae historiae difficilibus temporibus gallaeci Episcopi apparent vestigia!

bem a rubrica do Infante D. Affonso, por ventura nas vesperas em que, entre os dois, se accentuava a mais aberta hostilidade que, para sempre, os vae dividir. [1]

Como receberiam, porém, os moradores do Porto, estas prodigalidades mais que suspeitas, deferidas por uma Princeza que não seguia sempre o melhor caminho, e em beneficio de um Prelado que lhes devia ser, além de pessoalmente desconhecido, evidentemente hostil? Nada se sabe.

Pois é bem de presumir que uma altissima reacção se accendesse na consciencia popular, a principio surda e descoordenada, vago sentimento de uma altivez que o despotismo das circumstancias recalcava, mas não inteiramente longe de presagiar o que, menos de um seculo mais tarde, (1226-1237) no tempo de D. Sancho II, havia de levantar-se contra os Bispos D. Martinho Rodrigues e D. Pedro Salvadores.

É, precisamente, n'esta epoca,

(1) Importa approximar estas duas datas — 1120 e 1128 — aquellas em que a munificencia da Rainha D. Thereza mais se affirma em favor de D. Hugo. A primeira é a epoca das maiores hostilidades entre a politica de D. Urraca e de Gelmires, e correspondentemente entre D. Thereza e Fernando Peres; a segunda a da libertação do Infante D. Affonso da tutella da Rainha sua mãe. Como n'estes dois difficeis lances da nossa historia se encontram as pégadas do Bispo gallego!

turnum illud et terribile bellum inter Portucalenses populares, qui pro emancipatione inscienter annitebantur, et Episcopos, burgi dominos, illos sub tutella a principio invisa retinere quaerentes — bellum sane atrox, cruentum et acerrimum, in quo populus, id est, potestas civilis, lancea et arcu a suis Episcopis se defendit, et hi, ferro duriores sese praebentes, ensem simul et anathemata adhibent ut sua jura non minus in castris quam in cathedris tueantur!

Haec fortis pugna plusquam CCL annos perdurat, si eos ex turbationibus D. Sancii II, qui *o Capello* dictus est, temporibus initis, et postea a Comite Bononiensi alitis, usque ad novissimam compositionem inter Episcopum et eos qui Portucale gubernabant, primis annis Regis D. Emmanuelis, factam, computare velimus.

Nihil, omnino nihil, quod nos de hujus gigantei proelii peculiari natura dilucidare possit, in diplomatibus et chartis quae in Municipali Archivo asservantur, invenitur. Istius pertinacissimi certaminis, in quo hodiernus historicus utrum populi, se continuo insurgentis, animum virilem, an Episcoporum eorumque adjutorum, qui-

que principia essa longa e terrivel campanha entre a inconsciente emancipação popular dos villões do Porto e a tutella originariamente odiosa da Mitra — lucta temerosa e sangrenta, de arca por arca, em que o povo, isto é, o poder civil, se defende, á lança e á bésta, contra os seus Bispos, e em que estes, de bronze como se nos representam, recorrem simultaneamente ao aço das suas espadas e ao fogo dos seus anathemas, para sustentarem, tanto nos arrayaes como nos pulpitos, a razão do seu direito!

Dura a epica batalha mais de duzentos e cincoenta annos, se lhe assignarmos, como polos extremos, os tumultos iniciados no tempo de D. Sancho, *o Capello,* e afoitados, depois, pelo Conde de Bolonha, até á ultima composição, entre o Bispo e o governo da cidade, celebrada nos primeiros annos do reinado d'El-Rei D. Manoel.

Nada, absolutamente nada nos ficou do caracter pessoal d'esse prelio gigantesco, que acaso possa encontrar-se hoje nos dominios diplomaticos ou chartulares que o Archivo Municipal encerra. As particularidades, por certo interessantissimas, vivas, intimas mesmo, d'essa porfiosa contenda, em que não sabe o moder-

bus adnumerandi sunt Romani Pontifices, Portugaliae Regibus reclamantes et in eos contumeliose invehentes, superbiam immensam plus admiretur nescit, adjuncta, notatione certe dignissima, viva, quin etiam intima, miserabilia, in Sedis Portucalensis Archivo in perpetuum sepulta, ob medii aevi notitiam imperfectam atque falsam, procul dubio manebunt. Monumenta historica, in quibus vestigia honesta, elata, imo sublimia, apparent illius priscae animi fortitudinis, quae olim, non autem aetate nostra, qualitas summa longeque nobillissima gentis portugalensis erat, in pace sepulchrali illic putrescent, turpiter oblita, ad nullam rem utilia. [1]

Tantummodo scitur Portucalenses Episcopos, exeunte saeculo XIV, suis juribus prospero cum exitu retinendis omnino impares esse. Censuris jam nihil profici poterat. Poenae canonicae e cathedris interdioecesanis emis-

(1) Speciatim nobis in mentem venit *Censualis Capituli*, a pluribus qui *raçoeiros* dicebantur conscriptus, saepius a Fr. Ludovico de Sousa, D. Ruderico da Cunha, J. P. Ribeiro et Alexandro Herculano laudatus. Hujus codicis et similium qui in Sedis Portucalensis Archivo retinentur editio gentis portugalensis primordiis melius cognoscendis valde prodesset.

no historiador o que admirar mais, se a persistente coragem do povo, que se revolta sem treguas, se a altivez incommensuravel dos seus Bispos e dos que lhes são parciaes, incluindo os Pontifices que protestam invectivando affrontosamente os Reis — essas particularidades tocantes ficarão para sempre sepultadas nos Archivos da Mitra, d'onde um imperfeito e vicioso conhecimento da edade-média, lhes não permittirá, por certo, que possam jámais sahir. [1] Ahi apodrecerão, em paz, na inutilidade cava e sepulchral d'um esquecimento vergonhoso, quando é certo que representam os honrados vestigios, grandiosos, sublimes mesmo, d'essa antiga altivez de caracter que foi, mas já não é, a qualidade mais alta e mais sympathica da gente portugueza.

O que apenas se sabe, é que ahi por os fins do seculo XIV, era já completamente impossivel, ao Bispo do Porto, sustentar, com algum fructo, os seus direitos. O expediente das censuras estava esgotado. As fulmi-

(1) Referimo-nos particularmente ao *Censual do Cabido*, escripto por varios *raçoeiros*, tantas vezes citado por Fr. Luiz de Sousa, D. Rodrigo da Cunha, J. P. Ribeiro e A. Herculano. A divulgação d'este codice, bem como dos seus congéneres no Archivo da Mitra, seria de uma grande vantagem para o melhor conhecimento dos primeiros tempos da monarchia portugueza.

sae atque ad portas cathedralis ecclesiae pronuntiatae ad tubae sonitum, aut etiam in ipsa aula, coram Infante et palatinis feminis, injunctae, sicut regnante Alphonso IV accidit, momentum suum paulatim perdiderant, ita ut minimi haberentur. Fulmina Salmantica, Conimbrica et Bayona jacta jam neminem terrebant. Rex D. Dionysius, forsitan ut Reginae mysticis pavoribus obsequeretur, adversus illa calcitrare nondum ausus erat; sed D. Joannes I, fortasse quia eques votis religiosis adstrictus, eadem jam non metuebat, quin etiam aspernabatur. Bertrandi de Goth inconsiderata libido in dies ad finem properabat. Ecclesia Dei, tot fessa casibus, Romam redire cupiebat, quo eam instanter Petrarcae venales hymni [1] et praecipue Gallicae rei publicae adversa fortuna multis annis—quis scit ad quos novos tolerandos labores! —ingenti vocabant clamore.

(1) Petrarca, nullo sane agens consilio, jam Benedicti XII aetate italicorum favevat partibus, qui omni contendebant studio ut Papam rursus Romam attraherent. In *epistola,* quam tunc scripsit, quaeque ei canoniam in urbe Lombez, prope amicum suum Jacobum Colonnam, simulque promissionem bene-

nações canonicas, lançadas dos pulpitos interdiocesanos, e formuladas a som de trombeta ás portas da Sé, ou ainda intimadas, como nos dias de Affonso IV, em plena côrte, na presença das damas e do Infante, resvalavam lentamente da indifferença mais clara ao descredito mais nu. Os coriscos de Salamanca, de Coimbra e de Bayona estavam embotados. Se D. Diniz se temia ainda, no seu tempo, de os affrontar,—acaso para condizer com os mysticos terrores da Rainha,—D. João I, talvez por ser freyre professo e homem de votos, não lhes confessava já nem medo nem respeito. O capricho imprudente de Bertrand de Goth aproximava-se, dia a dia, da sua liquidação final. A Egreja de Deus, cançada de aventuras, desejava tornar a entrar em Roma, para onde a estavam, desde muitos annos, vivamente chamando, —e quem sabe para que novos trabalhos!—a grandes brados, os hymnos mercenarios de Petrarca, [1] e o mau exito, sobre tudo, da politica franceza.

(1) Por signal que com um notavel mau senso, Petrarca já no tempo de Benedicto XII se tinha posto ao lado da politica italiana, que fazia o possivel por attrahir novamente o Papa á côrte de Roma. Na *epistola* que por esse tempo compoz, e que lhe rendeu um canonicato em Lombez, perto do seu amigo

Paulo ante, a. d. III non. mai. anno MCCCLIV, D. Petrus Alphonsus, Portucalensis Episcopus, postquam Regem bis excommunicaverat, ad compositionem accedebat, quae illi, Regis nomine, ab imperii civilis procuratoribus offerebatur.

Transigi tunc coeptum est. Tempora enim jam praeterierant, quibus Portucalenses Episcopi, velut D. Ferdinandus Ramires, per os Pontificis Joannis XXII, Portugaliae Regibus dicere poterant, his secum suisque nihil rei esse, quippe qui suapte natura sub Romanorum Pontificum potestate tantummodo essent. [1]

ficii, omnium quae postea in Archidioecesi vacarent quaestuosissimi *(Regestum Benedicti* XII). attulit, ecclesiam describit tamquam anum lacrimas effundentem et sponsum, scilicet Pontificem, accusantem quod eam in illo paupertatis, morborum et miseriae extremo dereliquerit—*aegra, inops. miserabilis, sola est—(Carm. l.* I *ep.* II). Hujus cohortationis ratio ex Dante manifeste profluit, qui, in *Purgatorio.* (cant. VI. 112–113) Pontificem alloquens, jam scribebat

> Vieni a veder la tua Roma che piange
> Vedova e sola. e di e notte chiam..

Clementis VI temporibus Petrarca eamdem repetit supplicationem

> Uxor *(Ecclesia)* enim jampridem ignotis in vallibus errat.
> Et patrium limen thalamumque egressa pudicum

(1) En ipsa Summi Pontificis verba, ad Regem missa: *Tu tamen ad suggestionem Concilii et hominum civitatis eiusdem, qui contra dictos Episcopum et Ecclesiam calcaneum rebellionis erexerant, ad praesentiam tuam super iurisdictione praedicta memoratum Episcopum faciens euocare, ac ipsum ex eo quod, ut*

Pouco antes, a 5 de maio de 1354, o Bispo do Porto, D. Pedro Affonso, depois de excommungar por duas vezes o Rei, acceitava a composição que lhe era apresentada, em nome da Corôa, pelos representantes do poder civil.

Começam, então, a derruir as intransigencias. Já tinham passado os tempos em que os Prelados do Porto podiam dizer aos Reis de Portugal, como D. Fernando Ramires o fez pela voz do Papa João XXII, que os Reis do Reino nada tinham com elles nem com o que era seu, visto que os seus senhores naturaes eram unicamente os Soberanos Pontifices. [1]

Jacopo Colonna, com promessa da mais rendosa prebenda que viesse a vagar no Arcebispado *(Regestum Benedicti* XII) já elle faz figurar a Egreja na pessoa de uma velha lacrimosa, accusando o seu esposo, que é o Pontifice, de a ter deixado n'aquelle extremo de pobreza, de enfermidades e de miseria — *aegra, inops. miserabilis, sola est—(Carm. l.* I. *ep.* II). O plano d'esta exortação procede, evidentemente, do Dante. Este, no *Purgatorio,* (cant. VI, 112-113) já dizia, dirigindo-se ao Papa

> Vieni a veder la tua Roma che piang.
> Vedova e sola. e di e notte chiam.

No tempo de Clemente VI, Petrarca repete o mesmo rogo:

> Uxor *(Ecclesia)* enim jampridem ignotis in vallibus errat.
> Et patrium limen thalamumque egressa pudicum

(1) As palavras textaes do Papa, dirigidas ao Rei, são: *Tu tamen ad suggestionem Concilii et hominum civitatis eiusdem, qui contra dictos Episcopum et Ecclesiam calcaneum rebellionis erexerant, ad praesentiam tuam super iurisdictione praedicta memoratum Episcopum faciens euocare, ac ipsum ex eo quod, ut*

Interdictum quod in urbem, velut Comitis Bononiensis, propter ejus digamiam, aetate, latum erat, ne prohibet quidem quominus populares ad Magistrum de Aviz magnifice recipiendum sese parent. Episcopo vero suas censuras eo usque despici non arridebat; ideoque, ut popularem strepitum impediret, callidus, ut in praesenti diceremus, hujus auctoribus renuntiat interdictum, quamdiu regale festum duraret, tollendum esse.

Regis D. Petri filius nothus erga Episcopi aulicam urbanitatem gratissimum se praebuit, quamvis eum, ut hominem in re publica exercitatum, illius tam subitae quam insperatae magnanimitatis ratio certe non lateret. Itaque, ut Episcopo pari animi responderet excelsitate, ei significat veteres lites clerum inter et populum componendi atque sub regimine mutuae securitatis pacisque vivendi jam tempus esse. Quod quidem splendidum promissum magnam attulit Episcopo

asserit, excipiendi proposuit se nolle, pro vt non tenebatur, coram te, sed coram Nobis *aut alio judice competenti, occasione huiusmodi experiri: cum tam ipsi, quam dicti predecessores sui Portugalenses Episcopi in tanta fuerint, et esse debeant, libertate, quod nunquam superiorem alium, praeter Romanum Pontificem, recognoverint, nec etiam recognoscant.*

A interdicção canonica em que se achava a cidade, como nos tempos da bigamia do Conde de Bolonha, não impede, sequer, que os seus moradores se apercebam, com estrondo, para receber o Mestre de Aviz. Não deseja o Bispo que o desacatamento pelas suas censuras vá tão longe; e, habil, como hoje em dia diriamos, vae ao encontro do alardo popular, e declara aos seus promotores que á cidade será levantado o interdicto por tantos dias quantos forem aquelles em que durar a festa.

Mostra-se o bastardo do Rei D. Pedro muito grato á palaciana cortezia da mitra. No fundo é bem de presumir que soubesse, como politico pratico, definir claramente tão subita como inesperada bizarria. E, assim, para responder ao Bispo com igual primor, falla-lhe em ser já tempo de se acabarem as velhas differenças entre o clero e o povo, e de entrarem ambos n'um regimen de segurança e de paz. Saúda o Prelado, com alvoroço, esta radiante promessa. Lan-

asserit, excipiendi proposuit se nolle pro vt non tenebatur, coram te, sed coram Nobis *aut alio judice competenti, occasione huiusmodi experiri cum tam ipsi, quam dicti predecessores sui Portugalenses Episcopi in tanta fuerint, et esse debeant. libertate. quod nunquam superiorem alium, praeter Romanum Pontificem, recognoverint, nec etiam recognoscant.*

laetitiam. Et sane ejus concordiae fundamenta, primis mensis septembris diebus (a. d. III non., ut fertur), anno MCCCXCII (Æra MCDXXX), jacta sunt.

Hoc autem pacificationis propositum, propter successionis bellum, quod tunc magno gerebatur ardore, ratum haberi non potuit. Episcopus Portucalensis D. Joannes Estevens, dum magna spe hac de pace agit, ad Olisiponensem archidioecesim transfertur. Sed D. Aegidius, ejus successor, justam etiam compositionem et concordiam inire cum Rege magis magisque exoptabat. Tempus urget. In condicionibus pacis ponendis ne levia quidem jam apparent vestigia veteris intolerantiae Portucalensium Episcoporum. D. Aegidius et D. Joannes I, sua jura ad Portucalis dominium ultro citroque perpendentes, illas antiquas et implacabiles discrepantias neutiquam repraesentant. Eos potius duo saeculares Principes, alicujus civilis jurisdictionis fines ex pari statuentes, crederes, quam viros penes quos sacerdotium et imperium, potestas ecclesiastica et caesarea vel saecularis erat, acerrimos hostes, continuo discordes.

De pace cum magna celeritate

çam-se, effectivamente, as bazes d'essa concordia ahi por os primeiros dias de setembro, dizem que a 3, da Era de 1430, isto é, do anno de 1392.

Mas a guerra de successão, que corre accesa, não permitte que este projecto de avença venha a ser confirmado, em cujas negociações e esperanças o Bispo D. João Estevens transita da diocese do Porto para a archidiocese de Lisboa. Succede-lhe D. Gil, em cujo espirito se accentuam, de cada vez mais, as ideias de uma justa composição e concordia com a Corôa. Não ha tempo a perder. Já se não encontram, n'estes preliminares, leves vestigios, sequer, das velhas intolerancias episcopaes. D. Gil e D. João I revendo, cada um pela sua parte, os seus titulos ao senhorio do Porto, já não são a representação secular de antigas e irreductiveis incompatibilidades. Mais nos dão a viva imagem de dois senhores seculares regulando, á mesma altura, os termos de uma jurisdicção civil, do que os irreconciliaveis representantes, sempre em desintelligencia, da Tiara e do Imperio, da auctoridade pontificia e do poder cezario ou temporal.

Voam as negociações rapidas. A

actum est, ita ut idibus februariis, anno MCDV, in oppido *Montemor-o-Novo,* et in Episcopi Eborensis aedibus, concordiae Regem inter et Episcopum fundamenta postrema iterum posita sunt. Armorum strepitus quominus haec confirmetur compositio rursus impedit, et utriusque potestatis procuratores abeunt, iis, quae intendebant, infectis.

Tum demum insequenti anno, idibus aprilibus, compositio in domo regia Scalabitana rite et legitime perfecta est. Regina et Infans D. Eduardus, quasi ut regiae majestatis nomine compositionem roborarent, eam subscripserunt; episcopalis autem potestatis nomine, scribendo affuerunt Episcopus D. Aegidius, Decanus et cathedralis ecclesiae Capitulum. Hanc concordiam confirmavit, tamquam Summi Pontificis vices agens, D. Joannes de Azambuja, Archiepiscopus Olisiponensis, idem qui, ante D. Aegidium, pacis condicionibus, a. d. III nonas septembr. positis, quoad se jam suffragatus erat.

In hoc pacto, quod bellicum merito dici potest, in quoque Portucalensis Episcopus ducis victi evidenter partes agit, convenit ut hic, pro eo quod suis pristinis juribus Regi plene cessisset, quotannis tria mi-

13 de fevereiro de 1405, na villa de *Montemor-o-Novo,* e nos paços do Bispo de Evora, estabelecem-se, pela segunda vez, os termos finaes da avença entre o Rei e a Mitra. Vem ainda o estrepito das armas impedir que este concerto seja confirmado, retirando-se, sem nada se haver conseguido, os representantes dos dois poderes.

Finalmente, só um anno mais tarde, a 13 de abril de 1406, é que nos paços reaes de Santarem vêmos que a composição se conclue nos devidos termos e melhor fórma de direito. Assignam a Rainha e o Infante D. Duarte, como a abonarem a segurança da composição por parte da Corôa; firmam-na, em nome da Mitra, o Bispo D. Gil, o Deão e o Cabido da sé. Como representante do Papa intervem, para confirmar esta avença, o Arcebispo de Lisboa, D. João da Azambuja, o mesmo que, antes de D. Gil, tinha, pela sua parte, approvado as bases da composição de 3 de setembro.

Estipula-se n'este tractado a que bem póde chamar-se de guerra, e em que o Bispo do Porto representa evidentemente o papel de general vencido, que o Prelado Portuense receberá, pela completa cessão dos seus

lia librarum veterum nummum *de cento por um* ut vocabant, recepturus esset, quae illo anno a kal. aprilib. usque ad kal. octobr. debebantur.

Ex hujus instrumenti verbis perspicitur quousque Episcopum, cum de pace Scalabi agebatur, arma jam deficerent et temporalia et spiritualia, quibus se defenderet. In illo juridico diplomate, quod Portucalis rem publicam penitus immutaturum est, D. Joannis I procuratores, eis, quae Portugalenses Reges, D. Dionysii et D. Alphonsi IV temporibus, coram Portucalensibus Episcopis erant fassi, manifeste contradicentes, declarant ac protestantur «*omnes compositas esse controversias de jurisdictione et juribus quae in praedicta urbe Portucale possidemus atque habemus, quaeque omnes retro Portugaliae Reges habuerunt atque posséderunt.*» (1)

Neque canonici, neque jurisconsulti qui Episcopi jura defendebant has refellerunt assertiones, quae quantum a veritate abessent manifestum erat. Tacuerunt, eisdem forsitan animi motibus agitati, quibus, plus duobus

(1) Verba sunt instrumenti, Scalabi, idib. april. anno MCDVI (Aera MCDXLIV) conscripti.

direitos historicos em beneficio da Corôa, uma pensão annual de 3:000 livras de moeda antiga, *de cento por um,* a principiar a correr o vencimento d'ella do 1.º de abril ao 1.º de outubro d'aquelle anno.

A linguagem d'esta escriptura faz ver bem claramente quanto o Bispo, ao tempo das estipulações de Santarem, estava já sem armas temporaes nem elementos espirituaes com que defender-se. Em evidente negação d'aquillo que no tempo de D. Diniz e de Affonso IV os Reis de Portugal haviam confessado deante dos Prelados do Porto, os agentes de D. João I declaram e protestam já, no documento juridico que vae transformar inteiramente a constituição politica da cidade, que «*todo é trautado e acordado sobre feito de jurisdicção e de direitos que nós possuimos e havêmos na dita cidade do Porto, e que ouvérão e possuirão os Reis que ante nós forão.*» (1)

Não impugnam os do Cabido nem os jurisconsultos que teem voz pelo Bispo estas affirmações claramente affrontosas da verdade. Calam-se, por ventura animados dos mesmos sentimentos que, mais de

(1) Termos da escriptura, datada da villa de Santarem aos 13 dias do mez d'abril da Era de 1444, isto é, do anno de 1406.

saeculis post, D. Rudericus da Cunha ad haec scribenda inductus est:—«*Episcopi cesserunt, quia, per vim, omnia perderent, nulla adepta compensatione.*» [1]

Episcopus Portucalensis illa se praebuit concordia contentum et urbi rebelli interdictum tollere jussit. Ita, tribus saeculis nondum elapsis, Compostellani Didaci Gelmiridis opus omnino corruit. Portucalenses populares, ab iis qui Reginae gallaicae partes tenebant, initio saeculi XII, victi, victoriam tandem saeculo XV adepti sunt; ductique sensu, ut hodie dicitur, democratico, etiam tum imperfecto, detrimenta quondam sibi illata satis superque sarcita arbitrabantur, illius quidem immemores quod dominum solum mutavissent. Eadem victoria erat quae ab hodierna gente Italica parta est, quae tamquam populari ratione comparatum habet id quod dominationum inimicarum successionem tantum exhibet. Agebatur enim de substituendo civili imperio in sacerdotalis locum, id est, de mediae quae vocatur aetatis tricis, de *gibelinis*, qui vicerunt, et *guelphis*, ab illis victis. Quod scilicet saeculis XIII et XIV saepius evenit!

(1) Catal. II. 234

dois seculos depois, fallam nas palavras de D. Rodrigo da Cunha, quando diz:—«*os Bispos cederam porque, por mal, ia tudo e de graça.*» [1]

Dá-se a Mitra por satisfeita e manda levantar o interdicto á cidade rebelde. Em menos de tres seculos a obra do Compostellano Diogo Gelmires estava completamente aniquilada. A burguezia do seculo XV ganhava, emfim, a partida que a facção da Rainha gallega lhe fizera perder nos principios do seculo XII. O instincto imperfeitamente democratico dos villões do Porto dava-se então por triumphantemente pago, quando é certo que apenas tinha havido mudança de senhor. Era a mesma victoria do espirito italiano do nosso tempo, saudando como conquista da Democracia, o que representava simplesmente uma substituição de predominios antagonicos:—a Thiara que dava logar ao Sceptro—uma questão de intriga medievel, de *gibelinos* vencedores sobre *guelfos* vencidos. Aquillo que tantas vezes fôra visto ao sol dos seculos XIII e XIV!

(1) Catal. II. 234.

Compositione inter Regem D. Joannem I et Episcopum D. Aegidium ad hunc modum facta (cujus quidem primus fructus fuit quod Portucalenses Episcopi annua, pro suorum jurium cessione Scalabi solemniter stipulata, saltem usque ad Regis D. Emmanuelis aetatem, numquam receperunt), Municipale Archivum uno tantum illius instrumenti exemplo inchoatum est, quod exinde pro sola ratione juridica novae formae Portucalensis rei publicae habendum erat.

Concordiae instrumentum, sicut a regiis jurisconsultis conscriptum erat, *Burgi,* qui saecularis evaserat, popularium velut *Charta magna* nunc dici poterat. Num vero hoc solum sufficeret documentum, ut Portucalenses cives quoad suam rem publicam pro tutis sese haberent? Nonne oportebat in Archivo novi Municipii, quod sic constituebatur, omnia contineri instrumenta quae locum quondam fecerant liti illi acerrimae, regnante Sancio II (MCCXXVI-MCCXXXVII) inceptae, et anno tantum MCDVI, rebus per populum a Magistro de Aviz mutatis, absolutae?

Ex hoc naturalis defensionis consilio ortus est codex qui LIBER MAGNUS URBIS inscribitur, in quoque omnia

Feita, assim, a composição entre o Rei D. João I e o Bispo D. Gil, cujo primeiro fructo, não obstante as solemnes promessas do contracto de Santarem, foi não receber nunca o Prelado — pelo menos até os dias de D. Manoel o preço estipulado pela cedencia dos seus direitos, inaugurou-se o Archivo do Conselho, apenas com o traslado d'essa escriptura, a unica razão juridica que restava, já agora, á nova constituição politica da cidade.

O titulo da avença, conforme fôra redigido por os jurisconsultos da côrte, era agora como que a *Carta magna* dos moradores do *Burgo* secularisado. Mas bastaria esse documento, apenas, para que os burguezes se déssem por seguros da sua constituição? Não conviria possuir o Archivo do novo Conselho, que ia assim organisar-se, todas as peças que em tempo tinham dado razão a esse vasto pleito, que começa nos dias de D. Sancho II (1226-1237) para terminar em 1406, com a revolução popular do Mestre d'Aviz?

É d'este intuito de natural defesa que procede O LIVRO GRANDE DA CIDADE, vasto registro de todos os titulos que

Vincencius petri et domjn*icus* pulin*us* et Pet*rus* ferrarius e*t* vjncenci*us* boga, per*h*ibuer*unt* testimonium uerbo et verbum q*ui*libet per se sicut p*ri*mus.

johan*n*es durandi, capellan*us* ipsius Eccles*ie*, dixit per totum sicut p*rimus*: ta*men* ad*d*idit quod vidit jntrare maiordomum jn fracxinario et vidit eum jn domo patr*is* sui, qui morabatur ibi, pausare et comedere. Et maiordom*us* demandabat *tunc* vnu*m* homin*em* q*uem* dicebant (1) *quod* inuenerat excusam, e*t* leuauit de ipso denarios sed nescit quantos: e*t* jlle homo vocab*atur* menendus alb*us*.

(1) deest.

(1) deest.

VILLE QUE UOCATUR

FRACXINARIUS

Hic jncipit jnq*ui*siçio uille q*ue* uocatur Fracxinarius *et* parrochianor*um* (1) *predicte* Eccles*ie* Petre ficte.

Martin*us* petri, jurat*us et* jnterrogat*us* cujas est ips*a* villa (1) Fracxinarii, dixit qu*od* est ordinis hospitalis, *et* Episcopi portuens*is et* Cito facte et Morarie *et* Millitum. jnter*rogatus* si intrat ibi majordom*us*, dixit qu*od* solebat ibi jnt*rare*, *sed modo* nom jntrat ibi. jnter*rogatus* quare, dixit qu*od* p*ropter* quintanam militu*m* q*ue* estat ibi. jnterrogatus si ha*betur* ibi aliq*uod* Regalengum, dixit qu*od* nom. jnter*rogatus* si faciunt inde uel de jure debent facere d*omj*no Regi aliq*uod* forum, dixit qu*od* nom. jnter*rogatus* de Ecclesia sancte crucis madie, dixit sicut johan*nes* durandi capellanus ei*us*dem Ecclesie. jnter*rogatus* de omnibus alijs articulis, dixit se nichil in*de* scire.

et nos jnquisitores jnterrogauimus x. hom*ines* ips*i*us ville, et nichil jnde voluer*unt* nobis dicere.

VILLE QUE UOCATUR

JOHANI

Hic jncipit jnq*ui*sicio ville que vocatur Johani *et* parrochianor*um* predicte Eccles*ie* Petre fite.

Petrus p*e*llagij, eiusdem loçi, jurat*us* et interrogat*us* q*uot* casalia h*abentur* ibi, dixit qu*od tr*ia et s*unt* monasterij morarie. jnterro*gatus* vnde habuit ea, dixit qu*od* de militibus Brandonis. jnterrogat*us* si intrat ibi maiordom*us*, dixit qu*od* sic et pectant vocem *et* calu*m*pniam. jnterro*gatus* si habet*ur* ibi aliq*uod* Regalengum, dixit qu*od* no*m*. jnterro*gatus* de Ecclesia sancte Crucis madie, dixit qu*od* d*omj*na Regina do*m*na maphalda dedit eam Epis*copo* por*tuensi* pro illo loco vbi m*odo* morantur (1) p*r*edicatores jn Portu. jnterro*gatus* q*uo*modo scit, dixit qu*od* vidit *et* passus fuit. jnterro*gatus* de o*m*nibus alijs articulis, dixit sic*ut* Capelanus *eius*dem Ecclesie. jnterro*gatus* si moratur ibi aliqu*i*s homo forarius uel debitor d*omj*ni Regis, aut qui fecisset homicidiu*m* et no*m* pectauisset ilud, dixit qu*od* nom.

johannes petri, ips*i*us ville, dixit per totum sicut prim*us*.

VILLE QUE UOCATUR

PAMPILIDINUS

Hic incipit inq*ui*sicio ville que uocatur Pampilidinus.

Pelagi*us* johan*i*s, eiusdem loci, juratus *et* jnterrogat*us* q*uot* casalia h*abe*ntur ibi, dixit qu*od* t*r*ia, et est inde medietas hospitalis. jnterro*gatus* vnde habuit eam, dixit qu*od* nescit. Et alia medietas est d*omj*ni johan*n*is gomecij *et* Martj*ni* Stephani. jnterro*gatus* si intrat (1) *ibi* maiordomus, dixit qu*od* nom. jnterro*gatus* qu*a*re, dixit qu*od* p*r*opter Milites *de* hospitale. jnterro*gatus* si habetur ibi aliq*uod* Regalengum, dixit q*uod* nom: sed homines ips*i*us ville laborant in alio loco Regalengum et faciunt jnde forum suum hominibus q*ui* morantur jn Regalengo. jnterro*gatus* de om*n*ibus alijs articulјs, dixit se nichil inde scire.

Petrus simeo*n*is et michael fernandi dixer*unt* sicut p*r*imus.

(1) deest.

(1) I. e. *fratres prœdicatores*, seu *dominicani*.

VILLE QUE VOCATUR

(*) **LAURA**

Hic jncipit jnq*ui*sicio ville q*ue* uocatur LAVRA *et* parrochianorum (1) *Ecelesie* ei*us*dem loçi.

johan*nes* futalia, eiusdem ville, jurat*us et* jnterrogat*us* cujas est ipsa Eccles*ia*, dixit qu*od* est monasterij sancti tirssy. jnter*rogatus* vnde *h*abuit eam, dixit qu*od* de Comite domno Menendo, *et* ad presentaçionem ipsius monasterij Petr*um* Ouriz Port*uensis* Episcop*us* constituit jn eadem. jnterro*gatus* si faciunt jnde uel debent facere aliq*uod* forum dom*j*no rregi, dixit qu*od* nom. jnterro*gatus* quot casalia ha*be*nt*ur* jn ipsa villa, dixit qu*od* XXIIIJ.^or et sunt inde VIIJ.^to ipsi*us* Eccles*ie*. jnterro*gatus* vnde ha*b*uit ea, dixit qu*od* de testamento comitis domny Men*e*ndi. jnterro*gatus* si intrat ibi maiordo*mus*, dixit quod nom. jnterrogatus quare, dixit qu*od* p*r*opter honore*m* comitis domni menendi. e*t* sunt q*ui*nq*ue* casalia e*t* terciam (2) *Sancti Tirsi. Interrogatus unde habuit ea, dixit quod de testamento Comitis Dompni Menendi. Interrogatus si intrat ibi maiordomus, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod propter honorem Comitis Dompni Menendi. Et alia v.^e casalia et terciam sunt* dom*j*ni Regis, preter quartam partem is*t*orum casaliu*m* q*ue est* hospitalis. jnter*rogatus* vnde hospitale h*a*buit il*l*am quartam partem, dixit qu*od* nescit. et alia v.^e casalia et tercia fuer*unt* domne Marie pe*l*lagij: *et* dixit qu*od* audiuit dici q*uod* dom*j*nus Rex avus istius Regis dedit illa sua casalia domne Marie pe*l*lagij, se*d* nescit utru*m* sit ueru*m* nec ne. tamen inde dixit qu*od* semper ea tenuit domna maria pe*l*lagij dum vicxit. jnte*rogatus* si int*r*at ibi maiordomus, dixit qu*od* nom. jnter*rogatus* quare, dixit qu*od* ex quo domna maria pe*l*lagij tenuit et *h*abuit ibi illa casalia nunqua*m* ibi postea jnt*r*auit maiordom*us*, sed tamem solebat ibi jnt*r*are. jnter*rogatus* de villa q*ue* uocatur PAMPILIDUS quo*t* casalia habent*ur* ibi, dixit qu*od* in loco q*ui* dicitur CASALE hab*e*ntur vj. casalia, et sunt in*de* tres partes dom*jni* Regis, *et* quarta pa*rs* est do*m*ne tarasie martjni, et dom*j*n*us* Rex no*m* levat de foris n*isi* de t*ri*bus casalibus. jnter*rogatus* (1) *quare Dominus Rex non levat de foris sicut de fructibus, dixit quod nescit.* (2) *Interrogatus* si habe*tur* ibi aliud Regalengum n*isi* il*l*ud de casalibus, dixit qu*od* ipse *et* filius ei*us* laborant vnam peçam magnam q*uam* ruperunt in loco q*ui* dicitur PETRA MULARIS, et dant inde annuatjm dom*j*no Regi quartam partem omnium fructu*um*. et dixit qu*od* nichil scit de PAMPILIDO.

Pe*l*lagius veteris et joha*n*nes johan*n*is et domjnicus sira et do*mj*nicus meyrjnus, *et* pellag*ius* aluanus *et* dom*j*nicus petr*i*, per*h*ibuer*unt* testimoniu*m* uerbo et uerbum sicut primus, et om*n*es fuerunt jnterrogati de predictis *om*nibus articulis.

(1) deest.

(2) Desunt verba *Sancti Tirsi* usque ad *terciam sunt*.

(1) Deest tota periodus, quae incipit in verbis *quare*, et in verbo *nescit* desinit.

(2) deest.

VILLE QUE UOCATUR

(**) **CABENELLAS**

Hic incipit jnq*ui*siçio ville q*ue* vocatur CABENELLAS et parrochianor*um* predicte Ecclesie de LAVRA.

pet*rus* salvatoris, eiusdem loci, jurat*us et* jnterrogat*us* quot casalia habentur jn ipsa villa, dixit quod XXJ. casalia et sunt *omnia* herdator*um*. jnterroga*tus* cu*i*usmodi forum faciunt jnde d*om*ino Regi, dixit qu*od* nullum. jnter*rogatus* q*uare*, dixit quod faciunt e*t* semper fece*runt* seruicium uno diuiti ho*mi*ni, p*er* que*m* deffendantur ab o*mn*i foro Regali: *et* dixit qu*od* fuerunt ho*min*es d*om*ni johannis petr*i* de madia, et m*od*o sunt do*mn*j Egidij martini. jnter*rogatus* si aliq*uis* illor*um* laborat aliquo*d* rregalengum, dixit quod vnus locus est ibi circa terminum ipsius ville *et* uocat*ur* AUELOSO, et fuer*unt* de ueter*i* IIIJ.^or casalia e*t* sunt depopulata ex longo tempore. Et dixit qu*od* medietas ipsius loci est prop*r*ia dom*j*ni Regis, e*t* alia medietas est ipsor*um* homjnum de CABENELIS, *et* alia pa*rs* q*ue* (3) remanet est do*mn*i Egidij martini. (4) *Et tota* VILLAR DE SENOR *est similiter herdato-*

(3) *Sic.*

(4) Desunt verba *Et tota Villar* usque ad *Egidii Martini*.

(*) Lege—*Lavra*.

(**) Var: — CABANELLAS.

rum et sunt homines Domni Egidii Martini. Et homines de VILLAR DE SENHOR *et* de CABENELIS partiun*tur* porcion*em* jnter sse eq*ua*liter de om*n*ibus terrenis ip*sa*rum predict*arum* vi*llarum*.

Pet*rus* pet*ri*, Domj*n*icus domj*n*ici, joha*n*nes pet*ri* cosinus, dixer*unt* predictum testimonium q*ui*libet *per* se: ta*m*en addider*unt* q*uod* johan*n*es pet*ri et* domna *Maria*, uxor q*ue* fuit pelagij didaci, *et* vxor q*ue* fuit do*m*ni saluatoris, et Do*mj*nicus (1) *Salvatoris, et* domj*nicus* do*mi*nici *et* (1) *Pelagius Fernandi, et Petrus Menendi, et Dominicus Boardo, Dominicus Dominici,* Petr*us* martini et petr*us* cabeça *et* gonsaluus m*ene*n*d*i *e*t joha*nn*es menendi, o*m*nes esti laborant Regalengum de PAMPELIDO.

j*tem*, dixit do*mj*nicus saluatoris q*uod* erat uicarius jnter homines de CABENELIS, *et* hoc dixit fferia IIJ.ª XXIX.ª die maij.

VILLE QUE VOCATUR

PALLACIOLLUS

Hic jncipit jnq*uisi*çio ville q*ue* uocatur PALACIOLUS *et* parrochianor*um* predi*ct*e Ecclesie de LAURA.

vjncencius martjni, eiusdem loci, juratus *et* jnter*rogatus* qu*ot* casalia haben*tur* jn ipsa villa, dixit q*uod* VIIJ.ᵗᵒ, *et* sunt in*de* tr*i*a fillior*um et* nepot*um* do*m*ne guiomar. Et alia t*ri*a fuer*unt* do*m*ne tarasie garsie. Et alia duo sunt donne tarasie martjny. jnter*rogatus* si intr*at* ibi majordomus, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* q*uare*, d*ix*it q*uod* p*ro*p*ter* honorem (2) aliar*um* dom*i*narum. jnter*rogatus* si faciunt jnde aliq*uod* forum uel debent facere de jure (1) *Domino Regi*, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* si ha*betur* ibi aliq*uod* Regalengum, dixit q*uod* jacet una leira jn loco q*ui* dicitur SISTO, *et* alya leyra jacet *ci*r*c*a ipsam, q*ue* jacet jn loco qui dicitur VARZENA. Et dixit q*uod* vnus (3) agzum jacet jn loco q*ui* dicitur BALDEY *e*t uenit se vsq*ue* ad vallu*m* (4) SEEDOIRIJ. Et dixit q*uod* ali*us* (3) ag*r*um jacet jn loco q*ui* d*ic*itur PARAMOS, *et* labora*nt* eos homines (5) *de* CABANELIS *et* sunt Regalenga. jtem, (6) dixit q*uod* alia leyra parua jacet jn loco qui dicitur UALDOY. Et quatuor leire jacent in loco qui dicitur LINARE CENTEYRO. Et laborant e*a*s homines ipsius vi*ll*e. Et om*n*es jste leyre sunt Regalenge. Et dixit q*uod* alia leira jacet jn loco q*ui* dicitur AGRA PETRE. Et alia leyra jacet jn loco q*ui dicitu*r AGRA PORTE. Et ali*us* (2) agrum jacet jn loco q*ui* dicitur CORTINA DOMNY MENENDI. Et alie due leyre jace*n*t jn Cortjna do*m*ni vincençij. Et alia jacet jn cortjna Pet*ri* galleti. (3) *Et alia* tota Cortina johan*n*is joh*annis*, *et* tres leire jacent jn cortjna do*m*ni silvestri. Et alia leira jacet jn acra pet*ri* gonsalvi. Et ali*us* terrenus jacet jn cortina pe*tri* gonsalui. Et alia leyra jacet jn cortina pe*l*lagij fernandi. Et tres leyre jacent jn agro de Aluito. Et alius (4) ag*r*un jacet in (5) *ipsó* agro de Aluito. Et due peze magne jacent jn loco q*ui* dicitur REGARIA. Et om*n*ia jsta Rega*l*enga p*redict*a laborant homines ipsius ville, *et* dan*t* inde annuatjm do*mj*no Regi quartam partem omnium fructuum. jt*em*, dixit q*uod* habentur ibi IIJ. aree, *et* sunt Regalenge *et* dant jnde ipsi homines annuatjm do*mj*no Regi duos buzenos *tritiçi*.

FOLHA LXXXIIIJ

Do*m*nus siluest*er*, Petrus gonsalui *et* Pe*l*lagius fernandi (5) *et* Vincencius martjnʒ, omnes jsti predicti per*h*ibuerunt (5) *predictum* testimonium uerbo (5) *et* uerbum q*ui*libet p*er* se.

VILLE QUE VOCATUR

PAMPELIDUS

Hic incipit inq*uisi*çio ville q*ue* vocatur PAMPELIDUS *e*t parrochianor*um* predicte Ec*c*lesie de LAURA.

Men*e*ndus maurus, juratus *e*t jnter*rogatus* q*uot* casalia habentur jn PAMPILIDO *et* in casali, dixit q*uod* X. casalia *et* medi*um* sunt in PAMPILIDO. Et de istis casalibus debe*t* *esse* (5) *inde* unum do*m*ne tarasie martini, et mo*do* h*abet* ibi foros IIJ.ᵒʳ casalium. jnter*rogatus* q*uomodo* scit, dixit q*uod* (6) audivit *e*t pas*sus* fuit, *e*t moratus fuit i*b*i b*e*ne (7) X.ᶦˢ annis. Et de

(1) desunt.
(2) Lege—*illarum*
(3) *Sic.* Lege—*ager.*
(4) *Sic.*
(5) deest.
(6) In apogr.—*Item, dixit quod alia leyra parua jacet in* peramo. *Et alius agrum jacet in loco qui dicitur* ualdoy, legitur.

(1) Desunt ex *Pelagius Fernandi* usque ad *Dominicus Dominici.*
(2) *Sic.* Lege—*ager.*
(3) desunt.
(4) Lege—ager
(5) deest.
(6) *Sic.* Lege—*vidit*
(7) Lege—x. *plicata.* (XL)

quolibet casali dabant de foro singulos solidos in die sancti johannis babtiste, et quinque quairas tritici pro foro montis, et duos capones et vnum franganum et deçem oua, (1) et jn die Natalis Domjni unam espatulam porci cum IX. costis sine pede, et vnam quayram tritici, et VIJ. uaras (1) de Bragali. Et in die carnipriuij, si habuerit quinque oues, dabit vnum cordarium album. Et si forte nom habuerit V.e oues dabit unum cabritum. Et jn die pasche unum caseum uel J. ssolidum pro illo, et vnam columpnam butiri. Et sy habuerit porcam dabit leitigam. Et terciam et quartam partem omnium fructuum. jnterrogatus quare sunt herma jsta casalia de PAMPELIDO, dixit quod pro judiçio malo. jnterrogatus de PAMPELIDO, dixit quod bene fuerunt XJ.cim casalia, et de uno faciebant medium forum. Et dixit quod de jstis casalibus XJ.cim (1) este unum domne tarasie Martjni et domni Egidij martjni. Et de jstis alijs que rremanent leuabit domjnus Rex V.e partes porcionis. Et domna tarasia martjni leuabat sextam partem, et modo sunt depopulata omnia ipsa casalia domjni Regis. jnterrogatus quare sunt depopulata, dixit quod nescit, jnterrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius vel debitor domjni Regis, aut qui fecisset homicidium et nom pectauisset illud, dixit quod nom. jnterrogatus de omnibus alijs articulis, dixit (2) se nichil jnde scire.

Dominicus petri et menendus maurus ambo perhibuerunt predictum testimonium uerbo et uerbum quilibet per se.

VILLE QUE UOCATUR

CASALLE

Hic incipit inquisiçio ville que uocatur CASALLE et parrochianorum predicte Ecclesie de LAURA.

Petrus ganancia, eiusdem loçi, juratus et jnterrogatus quot casalia habentur in ipso loco, dixit quod VJ. et sunt populata. Et de omnibus fructibus ipsorum casalium dant jnde domjno Regi tres partes porcionis: et dant inde domne tarasie martjni quartam partem porcionis: et dixit quod fori ipsorum casalium partiuntur inter se per medium. jnterrogatus quare domjno Regi nom dant tantum de foro sicut de fructibus, dixit quod donna tarasia (1) martini dixit quod fecit capita illorum trium casalium, et quod domjnus Rex (2) habed ibi alios formales jn quo potest facere pro vno tres, et pro vno tres. Et postquam ipsos fecerit leuet inde Domjnus Rex tres partes et ipsa leuabit quartam partem sicut facit de fructu: et propter hoc nom leuat domjnus Rex tantum de foro quantum leuat de fructu. jnterrogatus cuiusmodi forum faciunt de ipsis casalibus, dixit quod dant de quolibet casali IIIJ.or quayras tritici de dereytura et mediam quairam pro fugacia, et vnam spatulam porci cum (3) IX costis sine pede, et duos capones et X. oua, et vnum franganum de stiua lini, et vnum cordarium album si oues habuerit, et si forte oues nom habuerit dat vnum cabritum, et septem uaras Bragalis, et unum solidum pro lacte et VIIJ. denarios pro Butiro, et vnum solidum de pedida. Et istud forum faciunt de duobus casalibus de quibus leuat domna tarasia istos foros, et de alio suo casali dant sibi medietatem istius fori. Et de alijs tribus casalibus domjni Regis nom dant sibi nisi medietatem predicti fori. jnterrogatus quare nom dant sibi integrum forum sicut dant domne tarasie martini, dixit quod judex domnus julianus populauit eos ad medium forum, et dixit quod dant jnde decimam Ecclesie de LAURA. jnterrogatus si jntrat ibi maiordomus, dixit quod sic. jnterrogatus de FRAXINARIO si solebat jntrare ibi majordomus, dixit quod ipse uidit et presens fuit multociens. Et vidit eum jntrare similiter in JOANNY DE SUSANO et de JUSANO, e alzauit eum jnde domna orraca sancij et fernandus martjni bocadus. jnterrogatus de PAMPELIDO, dixit quod sunt IX. casalia domini Regis depopulata, et sunt. IIIJ.or populata. Et de istis casalibus debet habere domjnus Rex de XIJ.cim casalibus X.a casalia. Et domna tarasia martjni debet babere inde duo, et de vno quod remanet debet habere domjnus Rex quinque partes, et domna tarasia debet habere VJ.tam partem. Et dixit quod illa IIIJ.or casalia populata sunt domne tarasie, et IX. casalia depopulata sunt domjni Regis. jnterrogatus quare depopulata sunt casalia domjni rregis, dixit quod nescit. jnterrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit, et est jnde bene certus quod ita est. jnterrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius uel debitor domjni Regis, aut qui fecisset homicidium et nom pectauisset ilud, dixit quod nom. jnterrogatus si diues homo qui tenverit terram pausat ibi, uel si de jure pausare debet, dixit quod numquam eum ibi uidit pausare et nescit utrum debeat ibi pausare nec ne.

Domjnicus gonsalui, vincencius saluatoris, Alfonsus gonsalui, domjnicus martjni dixerunt predictum testimonium uerbo et verbum quilibet per se sicut primus.

(1) deest.
(2) *Sic.*
(3) Var:—x.

(1) *Sic.*
(2) deest.

VILLE QUE VOCATUR

VNDA

Hic jncipit jnq*uisicio* uille q*ue* uocatur Unda *et* parrochianor*um* predic*te* Eccles*ie* de laura.

Pascasius (1) mene*r*di, eiusdem loci, (2) *juratus et* jnter*rogatus* q*uot* casalia habentur in ipsa uila, dixit q*uod* sunt septem casalia *et* fuer*unt* do*m*ni johanis pe*tri* de Madia. jnter*rogatus* vnde habuit ea, dixit q*uod* comp*ar*auit ea de vno rustico herdatore, *et* ipse fecit ibi vnam quintanam. jnter*rogatus* si jntrat ibi majordomus, dixit q*uod* no*m* (3) q*uia* ex q*uo* fuit (4) dic*tum* johanis pet*ri* nu*nquam* ibi jnt*r*auit *et* semper fuit honrrata. jnterrogatus si honrrauit eam do*mj*n*us* Rex per pendonem uel p*er* cartam aut p*er* cautos, dixit q*uod* nec p*er* cartam nec per pendone*m* nec per cautos no*n* est onrrata, s*ed* per do*mj*ni*um* q*uod* habent. jnter*rogatus* si laborant ipsi homi*n*es de vnda aliq*uod* rregalengum, dixit q*uod* no*m*. Inter*rogatus* si habetur ibi Regalengum jn ipsa uilla, dixit q*uod* no*m*. jnter*rogatus* quomo*do* scit om*n*ia q*ue* dixit, tunc ipse respondit q*uod* est in*de* bene certus *et* vidit om*n*ia predic*ta*. jnter*rogatus* si moratur ibi aliq*uis* homo forarius uel debitor do*mj*ni Regis, aut q*ui* fecisse*t* homicidium *et* no*m* pectauisse*t* illu*d*, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* si diues homo q*ui* tenuerit terram pausat ibi, uel si de jure pausare debet, dixit q*uod* nunq*uam* eum ibi uidit pausare (1) *et nescit utrum debeat ibi pausare* nec ne.

Johannes martjni *et* vincencius vincençij, julianus johannis p*er*hibuer*unt* predi*ctum* testimonium verbo *et* verbum quilibe*t* p*er* sse sicut p*ri*mus.

VILLE QUE UOCATUR

ANGESES

Hic incipit inq*uisicio* ujlle q*ue* uocatur angeses *et* parrochianoru*m* predic*te* Eccl*esie* de laura.

johannes didaçi, eiusdem loci, juratus *et* interr*ogatus* q*uot* casalia habentur ibi, dixit q*uod* xviij.° casalia *et* sunt o*m*nia domni Egidij martjny *et* do*mni* aluari didaci de Castella *et* do*m*ne tarasie martjni *et* domni fernandi johannis gallecie *et* monasterij sancti tirssy, *et* ordinis hospitallis. jnterrogatus si faciunt fo*rum* do*mj*no Regi, dixit q*uod* nunq*uam* vidit nec audivit q*uod* in*de* for*um* facere*nt* do*mj*no Regi. jnter*rogatus* si h*a*betur ibi aliq*uod* Regalengum, dixit q*uod* nom. inter*rogatus* si moratur ibi aliq*uis* (5) *homo* forarius uel debitor do*mj*ni rregis, aut q*ui* fecisset homicidium *et* nom pectauisse*t* ill*ud*, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* si intrat ibi maiordomus, dixit q*uod* nom. jnterrogatus quare, dixit q*uod* prop*ter* honorem il*lorum* diuitum homjnum. jnter*rogatus* q*uomodo* scit o*mnia* q*ue* per*hi*buit, dixit q*uod* vidit *et* passus fuit, *et est* jnde bene certus. jnterrogatus vn*de* ipsi diuites homi*n*es habuer*unt* ipsa casalia, dixit q*uod* nescit, (2) q*uia* semper ea progenje eor*um et* ipsis uidit.

johanes martjni, et johannes gonsalui *et* vincencius jo*hanis et* pellagius pelagij et do*m*nus fructuosus, p*er*hibuer*unt* p*r*edictum testimonium uerbo *et* uerbum q*ui*libe*t* p*er* se sic*ut* p*ri*mus.

VILE QUE UOCATUR

CALUILI

Hic incipit inq*uisi*cio ville q*ue* uocatur Caluili *et* parrochianor*um* predic*te* Ecclesie de laura.

vjncencius saluatoris, eiusdem loci, juratus *et* inter*rogatus* q*uot* Casalia habe*ntur* ibi, dixit q*uod* septem casalia sunt, *et* t*r*ia *sunt* in*de* collacionis laure *et* dant annuatim do*mj*no Regi de foro ix.[em] q*uay*ras t*r*itici, *et* morantur in eis vincencius saluatoris *et* domj*ni*cus caluus *et* johannes filius do*m*ne Marine.

(1) Var:—*midi*
(2) desunt.
(3) Var:—*quare.*
(4) Lege—*domni*
(5) deest.

(1) Desunt *et nescit* usque ad *pausare.*
(2) Var:—*quare*

Isti dant annuatim predictam rendam. Et de alliis IIIJ.[or] casalibus dant annuatjm domjno Regi VIJ.[tem] quayras *tri*tici, *et* su*n*t collac*i*onis LAURUGIE, *et* morantur in eis d*omj*nicus carramenus *et* guilareu, *et* petrus juliany, *et* petrus pet*ri*. jsti dant annuatjm p*re*d*ict*am rrendam d*omj*no Regi de pred*ict*is IIIJ.[or] casalibus. interrogatus si dant istam renda*m* de ali*quo* rregalengo, dixit *quod* nescit. jnter*rogatus* si habetur ibi aliquo*d* rregalengum, dixit q*uod* nescit. jnter*rogatus* cujas *est* ipsa villa, dixit quod medietas ipsius ville est do*m*ny Egidij martjni *et* domny fernandi jo*hannis* gallecie *et* domne taresie martjni, *et* filior*um* *et* filiar*um* domny Roderici gomecij de briteyros. Et alia medietas est de guilareu et pelagij go*nsal*uj de vilari, q*ui* sunt herdatores. jnter*rogatus* vnde *h*abuerunt ipsi Riq*ui* homines ipsa pred*icta* Casalia, dixit q*uod* nescit (1) q*u*ia vidit ea semper eis. jnter*rogatus* vnde h*ab*uerunt (2) *illi* alii herdatores pred*ict*a casalia, dixit q*uod* nescit. inter*rogatus* si intrat ibi maiordomus, dix*it* q*uod* nom. jnter*rogatus* quare, d*ixit* q*uod* p*ropter* d*omj*nium q*uod* habent. jnter*rogatus* q*uomodo* scit om*n*ia que dix*it*, tunc ipse respondit q*uod* vidit *et* passus (1) *fuit* per om*n*ia. jnter*rogatus* si moratur ibi aliq*u*is homo forarius uel debitor d*omj*ni Regis, aut q*ui* feciss*et* homicidiu*m* *et* nom pectauiss*et* ill*ud*, dixit q*uod* non. jnterrogatus si intrat ibi maiordomus, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* q*u*are, dixit q*uod* p*ro*p*ter* honorem (1) *illorum* diuitu*m* hominu*m*. jnterrogatus q*uomodo* scit o*mn*ia q*ue* per*h*ibuit, dixit q*uod* vidit *et* passus fuit *et* est inde bene certus.

Et d*omj*nicus cal*u*us, et Guilareu, *et* Petrus petri, *et* Domjnicus carramenus, dixerunt *et* per*h*ibuer*unt* testimonium verbo *et* uerbum quil*ibet* per se sicut primus.

VILLE QUE VOCATUR

LAURUGIE

Hic incipit inq*u*isicio ville q*ue* uocatur LAURUGIE *et* parrochianor*um* Eccles*ie* sancti jacobi.

siluest*er* menendi, prelatus eiusdem Ec*clesie*, jurat*us* *et* inter*rogatus* q*uis* presenta*u*it eum ad ipsam Ecclesia*m*, dixit q*uod* ad presentacionem prioris monasterij morarie co*n*stituit eum port*uensis* Ep*iscopus* in eadem. jnter*rogatus* si d*omj*nus Rex h*abe*t ibi aliq*uod* ius uel si debet habere, dixit q*uod* nom. jnterrogatus si int*ra*t ibi maiordomus, dixit q*uod* semper ibi jntra*uit*, *et* m*odo* similiter jnt*rat* *et* leuat inde calu*m*pniam *et* uocem. jnter*rogatus* q*uot* casalia ha*ben*tur in ipsa villa, dixit q*uod* X.[cem] casalia sunt ibi *et* vnus cabanarius. Et de istis decem casalibus sunt inde VJ.[a] de herdatoribus, et de quolibet casali herdator*um* dant annuatjm vnum Bragalle *et* medium q*u*ilibet per se pro fussadaria. Et alia IIIJ.[or] casalia sunt inde tria de Vayram et de Moraria. jnter*rogatus* vnde ha*b*uerunt (2) *ea* dixit q*uod* ex longo tempore. Et dixit q*uod* ordo hospital*is* hab*e*t ibi vnum casalle, *et* compar*a*uit ilud de donna Stephania, matre Stephany aziq*u*iadi. jnter*rogatus* ex q*uo* tempore, dixit q*uod* bene sunt (2) X.[a] anni elapsi q*uod* compar*a*uit eum. jnter*rogatus* si faciunt forum domjno Regi uel si debent illud facere de pred*ict*is casalibus ordinum, dixit q*uod* nunq*uam* vidit nec audiuit q*uod* in*de* facer*ent* forum. jnter*rogatus* *quomodo* scit omnia q*ue* dixit, t*unc* ipse rrespondit q*uod* vidit *et* passus fuit o*mn*ia. jnter*rogatus* si moratur ibi aliq*u*is homo forarius uel debitor d*omj*ni Regis, aut qui feciss*et* homicidium *et* nom pectauisset ilud, dixit *quod* nom. jnt*errogatus* si intrat ibi maiordomus, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* q*u*a*re*, dixit q*uod* p*ro*p*ter* honorem illoru*m* diuitum hominum. jnter*rogatus* q*uomodo* scit o*mn*ia q*ue* per*h*ibuit, dixit q*uod* vidit *et* passus fuit *et* est inde bene certus.

Martjnus pet*ri*, et joha*n*nes gordus, et johan*n*es vincencij, *et* pelagius pet*ri*, et pet*rus* michael*is* per*h*ibuer*unt* (1) *predictum* testimonium uerbo *et* uerbum (1) *quilibet* p*er* se sicut p*ri*mus.

VILLE QUE UOCATUR

LAURUGIA

Hic incipit jnq*u*isic*i*o uille q*ue* uocatur LAURUGIA *et* parrochianor*um* predicte Ecclesi*e* de LAURIGIA.

Pellagius de buricus, juratus et jnterrogatus q*uot* Casalia h*ab*entur in ipso loco, dixit quod tria s*unt* monasterij de laordello. jnter*rogatus* vnde habuit ea, dixit q*uod* de brandonis. jnter*rogatus* si d*omj*n*us* Rex habet

(1) Var: —*quare*.
(2) deest.

(1) deest.
(2) Lege: — X. *plicata* (XL).

ibi uel debet h*abe*re aliquod jus, dixit q*uod* nunquam vidit nec audiuit q*uod* d*omj*n*us* Rex ibi h*abui*sset jus nec directum. jnter*rogatus* si intrat ibi maiordomus, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* q*uare*, dixit q*uod* nunq*uam* vidit nec audiuit q*uod* ibi jnt*r*assed. jnter*rogatus* si morat*ur* ibi aliq*uis* homo forarius uel debitor d*omj*ni Regis, aut q*ui* fecisse*t* homicidium e*t* no*m* pectauisset illud, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* si habetur ibi aliq*uod* rregalengum, dixit q*uod* no*m*. jnter*rogatus* q*uo*m*odo* scit ista q*ue* per*h*ibuit, dixit q*uod* vidit e*t* passus fuit, e*t* est inde bene certus.

joh*a*nnes pellagij, johannes subierij pe*rh*ibue*ru*nt pre*dic*tum testimonium uerbo e*t* uerbum q*ui*libet per se sicut primus.

FOLHA LXXXV

VILLE QUE VOCATUR

MOREYROHO

Hic incipit inq*uisi*cio ville que vocatur MOREYROHO e*t* parrochianor*um* predicte Eccl*esie* de LAURIGIA.

Garsias froye, juratus e*t* jnter*rogatus* q*uot* Casalia habentur jn ipso loco, dixit q*uod* duodecjm casalia et q*uartam*. Et sunt jnde iiij.or de UAYRAM. jnte*rrogatus* vnde h*a*buit ea, dixit q*uod* nescit. E*t* v.e casalia sunt ordinis hospitallis. jnte*rrogatus* vn*de* habuit ea, dixit q*uod* de garsia madie. Et monasterium s*an*cti tirssy habet ibi vnum casale. jnter*rogatus* vn*de* habuit ipsum, dixit *quod* nescit. Et do*m*na guiomar h*a*bet ibi vnum casale. jnter*rogatus* vnde habuit illud, dixit (1) *quod* co*mparau*it illud de do*m*no godino, qui erat herdator e*t* solebat dare fussadaria*m* e*t* vitam maiordomo annuatjm. et dom*n*a Maria de bagujm habet ibi vnu*m* casale, et fuit Monasterij s*anct*e crucis, et si*militer* solebat dare fussadariam et vitam maiordomo. Et illa q*uarta* casalis est Eccl*es*ia de laurugia. jnter*rogatus* si jntrat ibi maiordomus, dixit *quod* nom. jnter*rogatus* q*uare*, dixit q*uod* p*ropt*er do*mj*nium quod habent. jnter*rogatus* si est cautata pe*r* patrones aut pe*r* pendonem, dixit q*uod* nom. jnterrogatus si faciunt aut fecerunt aliq*uod* forum do*mj*no Regi, dixit q*uod* nescit. jnter*rogatus* q*uomodo* scit o*mn*ia q*ue* pe*rh*ibuit, dixit q*uod* vidit et passus fuit, e*t* est in*de* bene certus.

Michael garsie et vincencius pet*r*i et do*m*nus julianus pe*rh*ibue*ru*nt pre*dic*tum testimonium uerbo et uerbum q*ui*libet pe*r* se sicut primus.

COLLACIO ECCLESIE SANCTE CRUCIS

MADIE

Hic jncipit jnq*ui*sicio Collacio*nis* Eccl*es*ie sancte crucis MADIE.

Petrus g*onsal*ui, prelatus eiusdem loci Ecclesie, juratus et jnter*rogatus* quis presentauit eum ad ipsam Ecclesiam, dixit q*uod* fillij e*t* nepotes do*m*ny pet*r*i pellagij (1) *Signiferis,* et fillij et nepotes pretoris do*m*ny menendi, e*t* ad presentacionem ipsor*um* port*uensis* Ep*iscopus* eum co*n*stituit in eadem. Et pos*t*ea uenit regina do*m*na maphalda, deitauit eum ab ipsa, (2) qu*ia* dicebat q*uod* erat sua p*ropri*a, e*t* tenuit eam per longum tempus. pos*tea* uenit ad locum Ep*iscopus* portu*ensis* e*t* pagau*it* se de loco e*t* fuit ad d*o*mnam rreginam e*t* composuit se com ipsa tal*iter* q*uod* Ep*iscopus* daret illum locum predicatoribus u*bi* m*odo* morantur jn portu, e*t* do*mj*na rregina daret istam ecclesiam Ep*is*copo port*uensi*, et m*odo* est sua, et ep*iscopus* dedit eam s*ibi* pos*tea*. E*t* dixit q*uod* sic dimisit do*mj*na Regina istam Ecclesiam. jnter*rogatus* si ha*betur* ibi aliq*uod* regalengum, dixit q*uod* audiuit dici multociens q*uod* habebat*ur* ibi unum casale rregalengum, e*t* venit do*mj*n*us* Rex alfonsus ueter*is* ad illum locum, e*t* dedit illud casalle Ecclesie ipsius loci pro oferta in loco q*ui* dicitur GUEAR. p*ostea* compar*a*uit ep*iscopus* pa*rum* e*t* parum om*n*ibus herdatoribus ipsius loci hereditates quas habebant in ipso loco, e*t* m*odo* es*t* Ecclesia in posse Ep*is*copi port*uensis*. jnter*rogatus* ex q*uo* tempore fuit ilud cambium e*t* illam compar*am* (1) *dixit* q*uod* de xij.cim anni s*unt* elapsi q*uod* Ep*iscopus* jncepi*t* comparare. jt*em*, dixit q*uod* ordo hospitalis habet ibi vj. casalia. jnter*rogatus* vn*de* habuit ea, dixit q*uod* audiuit dici multociens q*uod* q*ui*dam f*rater* ipsi*us* loci, q*ui* uocabatur do*m*nus adrianus, erat germanus p*ret*oris dom*n*i menendi, e*t* uenit ad vnum molendinu*m* e*t* forciauit ibi vnam mulierem; e*t* diues homo q*ui* tu*n*c tenebat MADIAM demandauit ei Raussam, e*t* ipse f*rater* racio*ne* ipsius f*act*i inpignorauit ipsa p*re*dicta casalia ordini hospitalis. jnter*rogatus* si do*mj*n*us* Rex habet ibi uel debet ha*be*re aliq*uod* jus, uel direitum, dixit q*uod*

(1) deest.
(2) Var: —*quare*.

(1) deest.

nom. jnterrogatus quare, dixit quod nescit. jtem, dixit quod Monasterium fraxini habet ibi vnum casale. jnterrogatus vnde habuit ipsum casale, dixit quod habuit illud de domno valasco. jnterrogatus si faciunt jnde forum domjno Regi, dixit quod nom. jtem, dixit quod domjnus Rex habet jn PAMPELIDO hereditatem et (1) est herma maior pars. Et dixit quod domna tarasia martini habet ibi similiter hereditatem et est populata. jnterrogatus quare regalengum est depopulatum, dixit quod homines domne tarasie martjny laborant ipsum Regalengum, et homines qui morantur jn CABANELIS et qui morantur jn alijs locis loborant ipsum Regalengum et adueniunt se cum judice, et propter hoc est regalengum depopulatum. jnterrogatus quomodo scit, dixit quod est jnde certus. jtem, dixit quod Maiordomus MADIE solebat jntrare jn FREIXENARIO et modo nom jntrat ibi. jnterrogatus quare, dixit quod propter milites brandones, qui morabantur ibi. jnterrogatus ex quo tempore, dixit quod ex tempore domini Regis Sancij, fratris istius Regis, et est jn colacione de PETRAFITA. jtem, dixit quod maiordomus MADIE solebat jntrare jn villa que uocatur GONDIZENDI, et modo nom jntrat ibi. jnterrogatus quare, dixit quod propter petrum gonsalui ferrarie. jnterrogatus quomodo scit, dixit quod vidit et passus fuit multociens, et est (2) inde Colacione de Mijdello. jtem, dixit quod in quintanis Collacionis de PIJNDELLO solebat jntrare maiordomus, et modo nom jntrat ibi. jnterrogatus quare, dixit quod propter fernandum martjni, qui fecit ibi domum. jtem, dixit quod Ecclesia de FAIOZES est domini Regis, et milites ipsius loci faciunt inde se heredes qui nom sunt. jtem, dixit quod Ecclesia de ALUARELLOS est dominj Regis, sicut ipse audiuit multociens: et modo babilones faciunt jnde se heredes qui nom sunt. jnterrogatus quomodo scit, dixit quod sicut ecclesia estat circa palacium domjni Regis quod debet esse sua, et ita audiuit semper dicere. jnterrogatus quomodo scit omnia predicta, dixit quod vidit et passus fuit multociens per se.

Joannes manteyga, Gonsaluus gonsalui, Vincencius gonsalui, Martjnus johannis pelitarius, Dominicus johannis, johannes johannis, domjnicus menendi, Martjnus menendi ranaldo, perhibuerunt predictum testimonium uerbo et uerbum quilibet per se per totum: tamen addiderunt quod domjnus Rex habet Regalengum jn BUSTELO ex *Aqua lada contra* BUSTELO, et aduc sedent ibi paridinarij: et dixerunt quod ille locus est cautatus. jnterrogati quis cautauit eum, dixerunt quod domjna Regina domna Maphalda. jnterrogati quomodo sciunt, dixerunt quod audierunt dici multociens multis hominibus veteribus.

(1) deest.
(2) Lege: *in* colacione.

VILLE QUE UOCATUR
(*) AUELLANEDA

Hic incipit inquisicio ville que uocatur AUELLANEDA et parrochianorum predicte Ecclesie eiusdem loci.

Petrus gonsalui, prelatus eiusdem loci, juratus et jnterrogatus quot casalia habentur jn ipso loco, dixit quod xxiiij.or casalia sunt in ipsa villa AUELLANEDA: et dixit quod fuerunt inde duodecim casalia domne Marie pelagij. Et de jstis xij.cim casalia dedit jnde domjnus Rex Sancius domne Marie pellagij ij. morabitinos quos leuabat domjnus Rex de ipsa Ecclesia, et quitauit sibi vocem et calumpniam ipsius ville. jnterrogatus quomodo scit hoc, dixit quod audiuit dici multociens. Et propter hoc modo nom jntrat ibi majordomus. jnterrogatus de alijs xij.cim casalibus, dixit quod vj. casalia sunt inde ordinum. jnterrogatus vnde ordines habuerunt ea, dixit quod de testamento militum. jnterrogatus de alijs vj. casalibus, dixit quod sunt militum. jnterrogatus si faciunt jnde aliquod forum domjno Regi, dixit quod nom. jnterrogatus quare, dixit quod nunquam inde vidit facere vlum forum domjno Regi. jnterrogatus vnde domna maria habuit predicta Casalia, dixit quod comparauit ea de Militibus de MAURIZ, et tunc ipsis (1) *temporis* intrabat ibi maiordomus. jnterrogatus de quintana FRAIXINARIJ si solebat ibi jntrare maiordomus, dixit quod audiuit dici multociens quod intrabat ibi et recolit se (1) bene de quinquaginta annis. jtem, dixit quod de tota villa PALACIOLI est inde tercia pars domjni Regis per totum. Et dixit quod in tota MADIA nom habentur quintane onrate nisi iiij.or scilicet, GEMUNDI et PARADA et PALMAZAHAOS et GUIDOÓES. jnterrogatus de VNDA, dixit (2) *quod* maiordomus solebat ibi jntrare, et postquam comparauit domnus J. petri nunquam ibi jntrauit maiordomus. jnterrogatus de quo comparauit eam, dixit quod de herdatoribus qui solebant pectare uocem et calumpniam. jnterrogatus quales sunt ordines qui habent ibi ipsa xij.cim casalia, dixit quod monasterium CITO-FACTE habet ibi duo casalia, que Menendus petri de Auelaneda dimisit ipso Monasterio pro anima sua. Et dixit quod sanctus tissus habet ibi duo casalia, que quedam mulieres pauperime demiserunt ipso monasterio pro animabus earum. Et sancta marya de AUELLANEDA habet ibi vnum, quod fillij menendi petri dimiserunt sibi pro animabus eorum. Et monasterium ANSSIDI habet ibi unum, quod fillij menendi petri dimiserunt sibi pro animabus eorum.

domjnicus dictus lopus dixit per totum sicut petrus gonsaluj, et petrus gonsalui et petrus capello perhibuerunt predictum testimonjum uerbo et uerbum quilibet per se sicut primus.

(1) deest.

(1) Var: — *se longe.*
(2) deest.

(*) In TAUOA AUALANEDA legitur.

VILLE QUE UOCATUR

LAGENELLAS

Hic incipit inq*ui*sicio ville q*ue* uocatur LAGENELAS *et* parrochianor*um* predi*ct*e Eccl*es*ie de AUELLANEDA.

Andreas faber, juratus e interrogatus q*uot* casalia habentur jn ipsa uilla, dixit q*uod* xiij.^cim casalia sunt LAGENAS et sunt in*de* t*ri*a rusticor*um* herdator*um*. E*t* sunt in*de* iiij.^or monasterij Morarie, et jsta iiij.^or casalia fuer*unt* BABILONUM. et vnum casale est CITO-FACTE et fuit BRANDONUM et sunt in*de* duo johanis martjni, Militis de athaide. Et alia duo fuer*unt* laurencij Roderici. Et Matheus Barrarius de portu ha*be*t ibi vnum. jnterrogat*us* si faciunt jn*de* for*um* d*omj*no Regi, dixit q*uod* nom: t*am*en dixit q*uod* de casali Mathei Barrarij dant jnde annuatjm d*omj*no Regi vnum bragale mjnus q*uartam.* Et de Casali q*uod* fuit subgerij fabri dant in*de* d*omj*no Regi annuatjm, duos denarios pro fussadaria. Et de casali q*uod* fuit M*ar*ie alffonssy dant jn*de* annuatjm d*omj*no Regi duos denaryos pro fussadaria. Et dixit q*uod* de t*ri*bus calu*m*pnijs respondent e*t* no*m* de magis. jnter*rogatus* de quintana de (1) AROINITIS si est onrrata, dixit q*uod* sic. jnter*rogatus* de quintana MOLIS OLIUARUM si est onrrata dixit q*uod* no*m*. jnter*rogatus* de quintana de (1) NURANCI, similiter dixit. Et de qui*n*tana fernandi martjni simj*li*ter dixit. Et dixit q*uod* de (2) x.^ta annis vsque m*od*o fecer*unt* ipsas qu*in*tanas. jnter*rogatus* si moratur ibi aliq*uis* homo forarius uel debitor d*omj*ni Regis, aut qui fecisse*t* homicidium et no*m* pectauisset illud, dixit q*uod* nom. jnterrogat*us* si jnt*ra*t ibi maiordomus, dixit q*uod* jnt*ra*t ad predic*t*as res e*t* no*m* ad alias, nec jntrat jn alijs casalibus n*isi* jn predictis de q*ui*bus leuat predictas res. jnter*rogatus* q*uare* no*m* jnt*ra*t in alijs sic*ut* jn istis, dixit q*uod* nescit: t*am*en credit q*uod* p*ropter* milites ipsius loci nom jntrat ibi. jnter*rogatus* de omnibus alijs articulis, dixit se nichil jn*de* scire.

johanes scutifer, petr*us* monacus, fernandus p*e*llagij, d*omj*nicus lumanus, p*er*hibuer*unt* predi*ct*um testimonium verbo e*t* uerbum quilib*et* p*er* se sicut primus.

VILLE QUE VOCATUR

HIGAREY

Hic incipit jnq*ui*sici*o* uile q*ue* uocatur HIGAREY.

Petrus pet*ri*, eiusdem loci, juratus et jnterrogatus q*uot* casalia habentur jn ipsa villa, dixit q*uod* x.^cem casalia sunt in ipso loco, e*t* sunt in*de* duo herdatoru*m*, e*t* duo casalia su*m*t roderici moniz militis, e*t* unu*m* e*st* s*an*c*ti* tissi et mandauit illud ibi fernandus martjni pro a*n*i*m*a ej*us*, e*t* aliud casale est monasterij morarie. jnter*rogatus* vn*de* habuit illud, dixit q*uod* nescit. Et tria sunt Monasterij de VAYRAM, e*t* vnum de jstis t*ri*bus casalibus fuit in*de* unum do*m*ni Romi*m*, e*t* vnum est do*m*ni Mene*n*di roderici et leiras q*uas* laborat pelagius pellagij. Et de duobus casalibus herdator*um* fuit vnus do*m*ny go*nsal*uj, e*t* ali*ud* fuit do*m*ny Romjm, et laborant ea filij e*t* nepotes eor*um*. jnter*rogatus* si jntrat ibi maiordomus, dixit q*uod* nom. jnter*rogatu*s q*uare*, dixit quia d*icun*t q*ue* fuit onrrata p*er* do*m*num johan*em* pe*tri* Madie, cuius homjnes fuerunt. jnter*rogatus* si morat*ur* ibi aliq*ui*s homo forarius uel debitor d*omj*ni Regis, aut q*ui* fecisset homicidium e*t* no*m* pectauisse*t* illud, dixit q*uod* nom.

Alffonsus petri, pellagius pelagij, joh*annes* vincencij, petr*us* ujncencij, p*er*hibuer*unt* predi*ct*um testimonium uerbo et uerbu*m* q*ui*libet p*er* se sicut pri*mus*.

VILLE QUE UOCATUR

PINIDILLUS

Hic incipit jnq*ui*sici*o* uille q*ue* uocatur PINIDILLUS e*t* parrochianor*um* Eccl*es*ie eiusdem loci.

Domjnicus zote, eiusdem ville, juratus et jnterro*gatus* (2) quo*t* casalia h*ab*entur jn ipsa villa VILLA PINIDILI, dixit q*uod* sunt Lxxx.^ta v.^e casalia pop*u*lata, et sunt (2) x.^m casalia despopulata. jnter*rogatu*s q*uot* sunt in*de* d*omj*ni Regis, dixit q*uod* audiuit dici q*uod* sunt tres partes tocius ville, et quarta p*ars* e*st* militum e*t*

(1) ARONIS (?).
(2) Var: — *quot casalia sunt per omnia in villa* PINIDILI...

(1) INTRANSI (?).
(2) Lege: — X. *plicata* (XL).

monasteriorum. jnterrogatus vnde ordines et milites habuerunt illam quartam partem, dixit quod fuerunt jnde xiij.[cim] casalia domny pellagij troitizendiz, et iiij.[or] casalia fuerunt gonsaluj petri de faiozes, et vj. casalia fuerunt Miane, matris domne Eluire Egee. Et dixit quod illa xiij.[cim] casalia que fuerunt domny pellagij troitizendiz sunt modo monasterij de veyram et filiorum et nepotum predicti domny pellagij troitizendiz, et alia casalia sunt Monasterij Morarie et filiorum et nepotum gonsaluj petri de faiozes. Et dixit quod de ila quarta parte mjlitum et ordinum nunquam vidit nec audiuit quod ipsi possiderent nec haberent magis quam illa predicta xxiij.[a] casalia: tamen dixit quod semper eis vidit et audiuit totam quartam partem tocius ville PENIDILLI pro sua jnquirere et demandare. jnterrogatus cuiusmodi forum faciunt domjno Regi, dixit quod domjnus Rex leuat inde totam calumpniam et uocem omnium comorancium in ipsa villa. Et dixit quod de illis xxiij.[a] casalibus nom faciunt aliud forum domjno Regi, nisi de uoce et de calumpnia, et totum aliud forum faciunt militibus et monasterijs. Et de omnibus alijs casalibus dant domjno Regi annuatjm terciam et quartam partem omnium fructuum: et jn prima die (1) Madij de quolibet casali dant j. solidum et x. oua: Et jn festo sancti johannis baptiste vnum franganum, et si forte maiordomus noluerit pectere illum franganum in predicto die, tunc ex illo die antea dabunt de quolibet casali vnum caponem. jnterrogatus de hominibus morantibus in ipso loco qui piscantur jn mari cuiusmodi forum faciunt domjno Regi, dixit quod qualibet pinacia et qualibet barca dant j. piscem de melioribus quandocunque exierit de mary. Et si forte euenerit quod carauella uel pinacia aut Barcus nom possit piscari plusquam vnum piscem, si fuerit sine escama, dant jnde terciam partem domjno Regi. jnterrogatus de illis hominibus morantibus in ipso loco, qui vadunt piscari ad alium locum et dimittunt mulieres

FOLHA LXXXVI

jn PINIDILLO, cuiusmodi forum faciunt domjno Regi, dixit quod talle forum façiet de illuc Maiordomo PINIDILLI sicut facit quando piscatur in ipso loco. jnterrogatus quis dedit eis totum istud predictum forum, dixit quod Lx.[a] anny sunt elapsy quod ipse moratur jn ipso loco et (2) quod ipse rrecolit se, et semper ita vidit uti: et dixit quod habuerunt inde cartam domjni Regis sancij, Aui jstius rregis, et fuit cremata in vna domo ubi sedebat. jnterrogatus quare illa casalia sunt depopulata, dixit quod per malefeitoriam diuitum hominum qui tenebant terram quod pausabant jn villa, quod nom debebant nec solebant ibi pausare in tempore domjni Regis Sancij, aui istius Regis. jnterrogatus de Nauibus et de bayxellis et de omnibus alijs Barcis, qui intrant per focem Aue et que ducunt panos uell plumbeum uel stannum vel linam uel sal, cuiusmodi forum faciunt inde domjno Regi, dixit quod adueniebant se cum maiordomo PINIDILLI. jnterrogatus cuiusmodi adueniencia erat illa, dixit quod quandoque magisque quandoque minus dabant sibi, et modo nom faciunt jnde domjno Regi ullum forum. jnterrogatus quare modo nom faciunt forum sicut antea, dixit quod maiordomi VILLE COMITIS veniunt capere illud forum ad villam et ad portum PINIDILLI, et hoc uidet modo facere eis quod nom solebant facere in tempore patris nec fratris istius Regis. Et dixit quod domnus johanes petri madie voluit aperire ilam focem Aue, et mandauit britare vnam magnam petram que stat jn medio fluuij Aue jn ore focis, et postquam domnus johannes petri decessit nunquam inde se alius intromisit. Et dixit quod tunc temporis nom erat (1) *ausus* Maiordomus VILLE COMITIS hoc facere quod modo facit. jnterogatus de hominibus qui piscantur jn fluuio AUE cuiusmodi forum faciunt inde domjno Regi, dixit quod antea quam domjnus Rex daret ipsam VILLAM COMJTIS domne Marie pellagij quod solebant ponere homines VILLE COMITIS primo et principaliter palos jn fluuyo AUE in loco qui dicitur PETRA RUBEA et faciebant ibi canarios ad piscandum pisces et postquam ipsi facerent suos canarios tunc faciebant suos homines PINIDILLI super illos, et de piscibus quos piscabantur adueniebant se cum maiordomo sicut melius poterant. Et si forte maiordomus uelet dare alicui meliorem reversam quam jnueniret ex parte PINIDILLI, dabat illam sine aliqua contradiccione. jnterrogatus sy habet ibi aliquis homo qui teneat ibi aliquod Regalengum, dixit quod stephanus valasci madie rrupit duas pezas magnas jn loco qui dicitur PENOCHOS et sunt regalenge. jnterrogatus si (1) *ipsi* homines pinidilli vadunt in hoste cum domjno Rege uel si debent dare fossadariam, dixit quod nom dant fossadariam nec vadunt jn hoste nisi cum corpore domjni regis. jnterrogatus quis dedit Stephano valasci illas pezas hereditatum, dixit quod judex domnus julianus dedit ey. jnterrogatus si facit inde aliquod forum domjno Regi, dixit quod nescit. Et dixit quod (2) homines qui morantur in PINIDELLO et jn ZURARA dant singulos denarios domjno Regi annuatjm pro cindere et pro pascere in termino masʒanarie que est tota Regalenga. jnterrogatus de judice, si facit aliquam malfeitoriam uel si tenet aliquod regalengum absconsum de quo nom faciat forum domjno Regi, dixit quod nom tenet ipse regalengum de quo nom faciat forum, et dixit quod nunquam vidit nec audiuit quod ipse faceret malfeitoriam. jnterrogatus de fluuio Aue quid scit inde, dixit quod vidit et passus fuit cum patre eius quando vidit partire ipsum fluuyum Aue per medium uene, et medietas fluuij erat VILLE COMJTIS et alia medietas erat PENIDILI: et modo nom est ita (3) quia homines qui morantur jn VILLA COMITIS faciunt et fecerunt canarios pro ad piscandum, et nom faciunt inde vllum forum domjno Regi, et homines qui morantur jn

(1) Var: *marcii.*
(2) deest.

(1) deest.
(2) Lege: — omnes.
(3) Var: — *quare.*

PINIDILLO nom sunt ausy ibi facere canarios *quos* solebant facere. jnter*rogatus* qu*a*re nom sunt ausi ibi eos facere, dixit qu*od* pro*pter* dom*jnu*m VILLE COMITIS. jt*em* dixit q*uod* homines VILLE COMITIS fecer*unt* molendinos e*t* azenias contra VILLAM COMITIS; e*t* homines PINIDILLI uoluer*unt* simil*iter* molendinos e*t* azenias facere cont*ra* PINIDILUM, et tunc (1) *Dompna* Maria pellagij mandauit eis defendere q*uod* no*m* facerent ibi (2) q*uia* mandaret eas jn*de* destruyre. jt*em*, dixit q*uod* om*nes* q*ui* laborant jn termino PINIDILLI aliq*uod* Regalengum dant inde terciam e*t* q*uartam* par*tem* omn*ium* fructu*um* domjno regi. jt*em* dixit q*uod* in loco q*ui* dicitur RIAL, Martjn*us* pet*ri*, filius pet*ri* (3) Caluy (1) *fecit* ibi vnam qui*n*tanam, e*t* solebat maiordomus madie jnde levare calu*m*pniam e*t* uocem, e*t* modo no*m* leu*at* jn*de* eam. jnter*rogatus* quare, dixit q*uod* pro*pter* ipsum militem q*ui* defendit eam. jt*em* dixit q*uod* in quintana q*ue* *fuit* fernandi martini solebat ibi jnt*rare* maiordomus e*t* mo*do* no*m* jnt*rat* ibi. jnter*rogatus* q*uare*, dixit q*uod* pro*pter* ipsum militem q*ui* fecit ibi q*ui*ntanam, e*t* comparauit eam de vno herdatore jn temp*ore* fratris istius Regis, e*t* tunc fe*cit* ibi ipsam quintanam e*t* pos*t*quam ibi eam fecit nunq*uam* ibi pos*te*a maiordomus int*rau*it. jnter*rogatus* si moratur ibi aliqu*is* homo forarius q*ui* debeat rendare terram d*omj*no Regi de foro, dixit q*uod* *nom*. jnter*rogatu*s si nut*ri*uerunt ibi aliqu*em* filium uel filiam alicuius militis p*er* q*uo*s domjnus Rex amississet i*us* suum, dixit qu*od* nom. jnter*rogatus* si moratur i*bi* aliquis homo q*ui* fuisset serui*ci*arius domjni Regis, dixit qu*od* nom. jnter*rogatus* si moratur ibi aliquis debitor d*omj*ni Regis, dixit qu*od* nom. jnter*rogatus* de o*mni*bus articulis (1) *aliis*, dixit se nichil jnde scire.

joha*n*es menendi, Durandus martjny e*t* do*m*nus julianus et mjchael menendi, e*t* julianus g*on*sa*l*uj, e*t* joh*a*nes perro, e*t* domj*ni*cus surdus, omnes jsti per*hi*buer*unt* testimonium verbo e*t* uerbum qu*i*libet per se sicut primus.

VILLE QUE UOCATUR

ZURARA

Hic incipit inq*ui*si*ci*o uille q*ue* uocatur ZURARA e*t* parrochianor*um* *predic*te Eccles*ie* PINIDILLI.

domjnicus Romany, ei*us*dem loci, juratus e*t* jnterrogatus q*uot* casalia habe*ntur* jn ipsa villa, dixit qu*od* CLJ. et sunt jnde domj*ni* Regis CXXIIJ. e*t* sunt (1) *inde* depopulata vij., et om*n*ia alia sunt popu*l*ata. Et dixit qu*od* d*om*na Maior Egee habet ibi xiij.*cim* casalia e*t* ij. de maladia. Et Maior Egitam*ie* habet ibi viij.*o* casalia; e*t* Monasterium de vahi*r*am h*abe*t vj. casalia. jnter*rogatus* vnde habuer*unt* ista casalia p*redi*c*te* domjne, dixit q*uod* primitus, quando populaba*n*t illam villam, populabant eam o*mn*es homjnes pro de d*omj*no Rege: e*t* pos*te*a fuer*unt* milites ad do*mjnu*m Regem, et dixer*unt* ei q*uod* ipsi habebant partem in ipsa villa, e*t* d*omj*nus Rex Sancius, Auus isti*us* rreg*is*, mandauit ibi com*m*endatorem lecie qu*od* jnq*ui*reret bene e*t* fideliter si ipsi Milites habebant (1) *ibi* aliquod jus, e*t* si inueniret qu*od* ibi habebant aliq*uod* jus, q*uod* statim diuideret jn*de* totam partem militum: e*t* *tunc* milites fuer*unt* pro vno homine q*ui* uocabatur Machoo e*t* erat vete*ri*ssimus homo e*t* quasi possitus iam in extermis, e*t* qu*ando* ipse uenit ad locum ince*pit* dicere e*t* p*ar*tire quod «—p*er* istum locum vidi e*go* semper de monasterio de vairam, e*t* p*er* istum alium locum vidi semp*er* de gonsaluo pet*ri* de fa*iozes*». Et ex illa *hora* habuer*unt* *ibi* milites p*ar*tem, (2) qu*i*a antea nom habeban*t* ibi aliq*uod* jus. jnter*rogatus* si ipse com*m*endator defferebat cartam d*omj*ni Regis p*er* q*uam* posse*t* p*ar*tiri, dixit q*uod* no*m* vidit ipse cartam nec audiuit qu*od* eam deferebat: se*d* t*amen* audiuit ipsi comendatori qu*od* ven*i*ebat per mandatum d*omj*ni Regis p*redi*cti. jnter*rogatus* vn*de* Monasterium habuit ibi illa casalia, dixit qu*od* de illa p*ar*ticione q*uam* fecit Machoo. jt*em*, dix*it* qu*od* ille locus u*bi* sedent Casalia do*m*ne Maioris Egee vocaba*tur* MATUS FONTIS. Et garsias pet*ri* ardagam tenebat illam villa*m* (1) *in* prestimon*io* e*t* fecit ibi unum paradinarium, et uollebat ibi facere vnam quintanam: e*t* *tunc* defendider*unt* ei ex parte d*omj*ni Regis, e*t* t*unc* dimisit ea*m* facere, e*t* paredinarius es*te*tit ibi pe*r* long*um* tempus: e*t* pos*te*a abstulit (2) ea*m* petr*am* e*t* vendidit illam quidam homini de PINIDELLO q*ui* uocabatur Martjnus pellagij de gonderez, e*t* q*uando* ille uenit q*ui* uocabatur Machoo dixit qu*od* fuer*at* eiusdem Millitis. Et (1) *ex* illa hora habuit eam gonsaluus pe*tri* de faiozes, (3) q*u*ia ille miles sedebat casatus cu*m* filia ei*us*, et mo*do* fillij e*t* nepotes ei*us*dem gonsaluis pet*ri* fecer*unt* in ipso loco xbj. casalia. Et dixit qu*od* illa viij.*o* casalia q*ue* sunt Maioris Egitan*ie* illa hereditas ubi seden*t*, dixit qu*od* pater eius eam rupit pro *de* d*omj*no rrege, e*t* dedit in*de* porcionem d*omj*no Regi, e*t* tenuit eam bene q*uinque* an*nos*, e*t* q*uan*do ille Machoo (4) vend*idi*t dixit qu*od* erat illa hereditas vincencij pet*ri*, mariti Maioris Egitan*ie*: Et dix*it* q*uod* (5) de ueteri sunt ibi vij. casalia de q*ui*bus dant de foro

(1) deest.
(2) Var: —*quare*.
(3) Var: —*Talvay*.

(1) deest.
(2) Lege: —*inde*.
(3) Var: —*quare*.
(4) Lege: —*venit*.
(5) *deventi* (?)

singulos medios marabitinos. Et omnes alij homines qui de nouo populauerunt ibi dant ij. solidos quilibet per se de foro et nom magis. Et omnes qui laborant ibi dant totam quartam partem panis, et (1) *non* de alio. jnterrogatus quomodo scit totum hoc, dixit quod vidit et passus fuit, et sunt bene Lxxx.[ta] anny quod rrecolit se. jnterrogatus si habent inde cartam, dixit quod sic. et locus vocabatur tunc, ubi modo stant casalia Monasterij de veyram, CAMPUS MULI: et casalia Maioris Egitanie sedent in ipso loco similiter. jnterrogatus si intrat ibi maiordomus, dixit quod sic, et illam rrendam quam dant, nunquam eam debent dare nisi jn die Sancti Martini post plandium. jtem, dixit quod debent dare annuatim de foro tres uices quis comedat illi qui tenuerit illam villam jn prestimonio, et nom debent esse magis quam tres, scilicet, Miles et scutifer et rrapax: et dixit quod faciunt seruicium vna vice jn anno diuiti homini qui tenuerit terram, et nom pro foro, sed si uoluerint faciunt seruicium (1) *sin autem nom.* jnterrogatus quomodo uocabatur judex qui defendit illam quintanam garsie petri de ardigam ex parte domjni regis quod nom fecisset eam, dixit quod petrus fafie. et frater hospitalis uocabatur pellagius martini et erat commendator lecie. jnterrogatus quis dedit eis istud forum, dixit quod domnus johanes petri Madie per mandatum domjni Regis qui tunc erat jn lecia. Et dixit quod illa hereditas vbi sedent ila tria casalia Maioris Egitanie fuit monasterij morarie, et cambiauerunt cum eo pro allja hereditate quam habebant jn Morariolo et stabat ibi una casa de veteri. Et dixit quod vna uice litigabant super ipsam casam vincencius petri et laurencius gonsalui, et venerunt ad istum et ad domjnicum Romany quod irent ambo inquirire ad VILLAM COMITIS de vno homine qui morabatur jn VILA COMITIS cuias erat illa domus. Et ille perhibuit testimonium quod duas partes ipsius domus erant regalengue, et tercia pars erat Morarie cum suo terreno: et modo fecerunt ibi jn ipso terreno duos domos, et tenet illam domum totam Maior Egitanie. (1) *Interrogatus* de grangia Monasterij burij, dixit quod scit, que quando nom stabat ibi nisi vna domus parua jn qua morabatur quidam frater, et domnus johanes petri Madie quando tenebat ipsam terram dedit ipsam domum paruam Monasterio Burij, et tunc fecerunt ibi jstam grangiam et nescit utrum esset Regalenga nec ne. jnterrogatus si tenent ipsi fratres aliquod regalengum, dixit quod nescit. jnterrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, uel debitor domjni regis, aut qui fecisset homicidium et nom pectauisset illud, dixit quod nom. jnterrogatus de omnibus alijs articulis, dixit se nichil jnde scire.

johanes saluatoris, domjnicus lineyros et petrus sugerij, laurencius johanis et martjnus martiny, pelagius martjni, perhibuerunt testimonium verbo et uerbum quilibet per se sicut primus.

VILLE QUE VOCATUR

CANIDELLUS

Hic incipit inquisitio ville que vocatur CANIDELLUS et parrochianorum Ecclesie Sancti Felicis Pinidilli.

Duram Gonsalvi, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod xiiij.[cim] casalia et medium habentur in ipsa villa, et sunt inde xij.[cim] casalia Dompni gonsalui garsie et domne tarasie martini, et ij.[o] sunt Monasterij varzine. jnterrogatus si habetur (1) *ibi* aliquod Regalengum, dixit quod nom. jnterrogatus si intrat ibi maiordomus, dixit quod nom. jnterrogatus quare, dixit quod propter dominium quod habent. jnterrogatus de VILLA BOA si intrat ibi maiordomus, dixit quod intrat et leuat jnde vocem et calumpniam. jnterrogatus quomodo scit, dixit quod vidit eum (1) *ibi* intrare multociens. jnterrogatus si nutriuerunt ibi aliquem filium uel filiam alicuius militis, per quos amisisset domjnus Rex jus suum, dixit quod nom. jnterrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius uel qui fuisset seruiçiarius domjni Regis, dixit quod nom. jnterrogatus si moratur ibi aliquis qui fecisset homicidium et nom pectauisset illud, dixit quod nom. jnterrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod nom.

Pellagius petri et johannes martiny, johannes pelagij, vincencius de canidello, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus.

VILLE QUE UOCATUR

VILLARJNUS

Hic incipit inquisicio ville que vocatur VILLARINUS et parrochianorum predicte Ecclesie PINIDILLI.

johannes petri, juratus et jnterrogatus quot casalia sunt ibi, dixit quod vj. casalia et medium. Et de jstis vj. casalibus et medium est vnum petri subgerij de (2) Cornis, et aliud est hordinis templi, et aliud est

(1) deest.

(1) deest.
(2) Var: — *Corans* (sic).

Monasterij sancti *christoffani*, *et* aliud est monasterii de VAYRAM, *et* alia que remanent *sunt* Maioris (1) *Pelagii* Egitamie cum vna quintana. jnterrogatus vnde ordines habuerunt jsta casalia, dixit quod de Millitibus et de dominabus, qui dederunt ea eis pro animabus eorum. jnterrogatus si jntrat ibi maiordomus, dixit quod nom. jnterrogatus quare, dixit quod propter ilam quintanam que est cautata. jnterrogatus quis cautauit eam, dixit quod nescit, sed uidit ibi stare marcos et patrones. jnterrogatus si habetur ibi aliquod regalengum, dixit quod nom.

Petrus domjnici, domjnicus fernandi, Martjnus johannis, Pelagius saluatoris, omnes jsti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se: ergo petrus petri qui dixit quod nunquam vidit marcos nec patrones: et Pelagius saluatoris dixit quod moratur solus circa Ecclesiam, et nom vidit jllos marcos nec patronos, et morabatur jn hereditate Ecclesie. jnterrogatus vnde Ecclesia habuit ipsam hereditatem, dixit quod nescit, quia semper audiuit dicere quod erat ipsius Ecclesie et vidit eam sibi semper.

FOLHA LXXXVIJ

VILLE QUE UOCATUR

QUJNTANA

Hic incipit jnquisicio ville que uocatur QUINTANA et parrochianorum Ecclesie PINIDILLI.

johaninus, eiusdem loci, juratus et jnterrogatus quot casalia habentur ibi, dixit quod xiiij.cim casalia, et medietas jllorum casalium est domjni Regis, et alia medietas est fernandi martjni et ordinis templi et Monasterij morarie et ordinis hospitalis et Monasterij de VAYRAM. jnterrogatus vnde habuerunt ordines illa casalia uel ex quo tempore, dixit quod Milites dederunt ipsa eis pro animabus eorum, et ex longo tempore habuerunt ipsa. jnterrogatus si jntrat ibi Maiordomus, dixit quod jntrat jn medietate dominj Regis, et leuat jnde uocem et calumpniam et vitam. Et jn medietate ordinum (1) *non* jntrat. jnterrogatus quare, dixit quod fernandus martjni comparauit duo casalia de Marina siluestri et de Eluyra bona, que erant herdatores, et tunc fecit ibi fernandus martjny quintanam et ex illo tempore nunquam ibi jntrauit maiordomus propter illum militem, quia solebat iby jntrare (1) *et* (1) *ipse* (1) vidit (1) *eum* (1) *ibi* (1) *intrare* multociens. jnterrogatus quot tempora sunt elapsa quod ipse comparauit illum locum et quod fecit ibi illam quintanam, dixit quod jn tempore domjni Regis Sancij, fratris jstius Regis, fuit hoc. jnterrogatus si ordines uel milites tenent aliquod regalengum, dixit quod fernandus martjnj tenebat vnam Ruptam, (1) *que* (1) *vocatur* (1) RUPTA MARINE SILUESTRI, et modo tenet eam vxor eius et dat jnde quartam partem panis. jnterrogatus si rumpunt equaliter homines domjni Regis cum hominibus hordinum et militis, dixit quod nom. jnterrogatus quare, dixit quod nom sunt ausy propter metum Militis. Et dixit quod petrus martjni, homo ilius militis, tenet vnum Regallengum paruum in loco qui dicitur SUBTUS RIPAM. Et mulier militis tenet aliud rregallengum jn loco qui dicitur CARREGAL. jtem, dixit quod pater eius populauit vnum locum, qui (2) dicitur VILLARES et est Regalengus, et fecit ibi bonas Ruptas, et modo tenent eum homines de RETORTA et nom faciunt jnde forum domjno Regi. jnterrogatus de terminis VILLARINI, dixit quod incepitur terminus ipsius loci in PETRA CURUELA, dejnde quomodo uadit ad carrarium SANCTE MARINE, dejnde ad agrum de COUELLA, dejnde ad picotum SANCTE MARINE, dejnde ad PETRAM DE CANO que sedet jn fluuio AUE: et ita diuiditur ex utraque parte ille locus Regalengus. jtem, dixit quod Rupta quam rupit (1) Martjnus et frater eius est Regalenga, et vidit jnde dare multociens domjno Regi porcionem fructuum, et modo nom faciunt inde forum domjno Regi, quia tenet eam domna stephanya laurencij. jtem, dixit quod domjnus Rex habet ibi medietatem vnius molendini, et alia medietas ipsius molendini est predictarum ordinum et hominum herdatorum, (2) *et* hermauit eum ille predictus fernandus martjny. jtem, dixit quod pellagius gonsaluy tenet vnum molendinum Regalengum quod comparauit de Subgerio Perro, qui fecit eum, et dat jnde domjno regi annuatjm vnum marabitinum. jnterrogatus cuiusmodi forum faciunt domjno Regi de predictis casalibus Regalengis, dixit quod dant inde terciam et quartam partem omnium fructuum. jtem, dixit quod de quolibet casali dant annuatjm domjno Regi medium marabitinum de Renda et j. solidum de Sega, et quandocumque maiordomus jntrauerit nouus, dant sibi j. solidum. jnterrogatus de terminis QUINTANE, dixit quod incipiunt in Mormoralibus Ecclesie, deinde quomodo uadit ad PETRAM CURUELLAM, dejnde quomodo uadit ad cirrum de COSTOARIBUS, dejnde quomodo uadit ad COUELLAS, dejnde ad PETRAM DE CANO, deinde ad patrones SANCTI SALUATORIS, dejnde ad MOMONAM PETROSAM, dejnde ad MAMONAM DE BICHI, dejnde ad MAMOELAM, dejnde per vallos ueteres de TUEREJ, dejnde ad riparyum de LONGARIS, dejnde ad aquam de FONTENELLA: et ita diuiduntur omnes termini ipsius loci qui

(1) deest.
(2) Var: — *vocatur*.

(1) Var: — *Marcus*.
(2) deest.

uocatur QUINTANA, *et* semper ibi jntrabat maiordomus *et* modo nom jntrat ibi. jnterrogatus de TUEREI si jntrabat ibi maiordomus, dixit *quod* jntrabat ibi maiordomus *et* ipse uidit eum ibi jntrare multociens, *et* modo nom intrat ibi. jnterrogatus *quare*, dixit *quod* Stephanus de Molnes comparauit eum *et* fecit ibi quintanam, *et* ex illo tempore nunquam ibi maiordomus jntrauit. jnterrogatus ex quo tempore fuit hoc, dixit *quod* jn tempore dominj Regis. Sancij, fratris istius Regis.

Beneditus Cipriany, *et* Pelagius casatus *et* Petrus Amatus, perhibuerunt testimonium verbo *et* verbum quilibet per se sicut johaninus supra scriptus.

VILLE QUE UOCATUR

AMIJDELLUS

Hic incipit inquisiçio ville que vocatur AMIJDELUS *et* parrochianorum Ecclesie SANCTI JOHANIS DE AMIJDELLO.

Domjnicus siluestri, prelatus eiusdem ecclesie, juratus *et* jnterrogatus *quot* casalia habentur ibi, dixit *quod* v.^{e}, *et* sunt inde tria domjni Regis, *et* dant annuatjm domjno Regi de Renda de quolibet casali medium (1) marapitinum. Et dant jn quolibet mensse maiordomo vj. denarios quilibet per se, *et* quandocunque maiordomus nouus jntrat jn terra dant sibi singulos solidos, *et* dant totam quartam partem omnium fructuum. jtem, dixit quod in villa que uocatur PALLACIJ habentur tria casalia, *et* de jstis tribus casallibus sunt jnde duo casalia minus terciam Monasterij morarie. *et* de tercia que remanet dant inde domjno regi quartam partem omnium fructuum. Et alliud casalle est Monasterij sancti tixi. jtem, dixit quod jn villa que uocatur PINARIUS habentur ibi iiij.^{or} casalia, *et* sunt Monasterij morarie. jnterrogatus vnde habuit ipsa, dixit *quod* de Militibus brandonis. *et* dixit *quod* jn villa que uocatur GONDESENDI habentur x.^{cem} casalia, *et* sunt jnde quatuor casalia Monasterij de Vayram, *et* sunt duo petri ferrarie Millitis, *et* sunt duo casalia *et* medium hominum herdatorum, *et* medium casalis est Monasterij sancti tissy. Et vnum casalle est Monasterij PALLACIOLY. jnterrogatus vnde habuerunt ordines jsta casalia uel ex quo tempore, dixit *quod* de militibus qui dimiserunt ipsa eis pro animabus eorum. jnterrogatus si jntrabat ibi Maiordomus, dixit *quod* ipse uidit eum ibi jntrare multociens, *et* ex quando petrus ferraria fecit ibi quintanam nunquam ibi jntrauit: *et* omnes (2) morantes ibi adveniebant se cum maiordomo. jtem, dixit *quod* jn villa que uocatur OUTARIUS habentur iiij.^{or} casalia *et* medium, *et* sunt jnde duo Monasterij de Rrooriz. *et* duo Monasterij de Vairam, *et* vnum medium casalis Monasterij Morarie. jnterrogatus si jntrat ibi maiordomus, dixit *quod* jntrat *et* dant sibi uitam. Et quandocunque maiordomus nouus jntrat jn terra dant sibi singulos solidos quilibet per se. jtem, dixit *quod* jn villa que uocatur MANHALDI habentur duo casalia *et* medium, *et* de jstis est jnde vnum casalle Monasterij Sancti Tixi, *et* aliud est Morarie, *et* medium casalis est Monasterij de Rooriz. jtem, dixit *quod* in villa que uocatur PARIETES habentur ibi vij. casalia *et* medium. Et de istis casalibus sunt inde quinque casalia *et* terciam Monasterij de Morarie. Et duo Casalia minus terciam sunt domne tarasie martjny *et* habet ea cum herdatoribus. jnterrogatus si jntrat ibi maiordomus, dixit quod jntrat *et* leuat jnde uocem *et* calupniam. Et vnum medium casalis est monasterij Sancti Tixi, *et* dat de renda in quolibet mensse maiordomo vij. denarios. jnterrogatus de Ecclesia cuias est, dixit *quod* est Monasterij morárie. jnterrogatus si habet ibi domjnus Rex aliquod ius, uel si debet habere, dixit *quod* nom: tamen dixit *quod* habentur ibi iiij.^{or} leyre Regalengue *et* laborant eas domjnicus clementi *et* fratres eius, *et* jacent jn loco qui dicitur RUPTA UETERA *et* TEXONARIA LINARIA, *et* dant inde totam quartam partem omnium fructuum domjno Regi.

domjnicus clemencij *et* martjnus *et* johanes montarius, Stephanus garsie *et* Domjnicus montarius *et* johanes durandi *et* petrus salvatoris *et* subgerius petri *et* julianus johannis *et* petrus martiny *et* pelagius *et* giraldus *et* petrus martiny, omnes isti sunt predictarum villarum, et sunt parrochiany Ecclesie SANCTI JOHANNIS DE AMIJDELLO perhibuerunt testimonium uerbo et verbum quilibet per sse sicut prellatus Ecclesie.

VILLE QUE VOCATUR

VILLA PLANA

Hic incipit inquisiçio uille que uocatur VILLA PLANA *et* parrochianorum Ecclesie SANCTI MAMETIS eiusdem ville.

Gonsaluus petri, eiusdem ville, juratus et jnterrogatus quot casalia habentur jn ipsa ujlla, dixit *quod* xx. *et* unum Casalia habentur ibi, et dixit *quod* de jstis casalibus sunt jnde viij. Monasterij de uayram et sunt vij. Monasterij de Rooriz, *et* vnum Monasterij Morarie, *et* sunt duo Monasterij Sancti Simeonis, *et* unum est

(1) *Sic.*
(2) Var: — *moratores.*

domne Marie de Baguim. Et aliud est petri ferrarie. Et aliud est Roderici Zancada. jnterrogatus si domjnus Rex habet ibi aliquod Regallengum, dixit quod nom. jnterrogatus si jntrat ibi Maiordomus, dixit quod sic, et dant sibi de rrenda in quolibet mensse iiij.or denarios quilibet per se, et dant sibi vitam: et quandocunque maiordomus nouus jntrat, dant sibi singulos solidos. Et dixit quod in quolibet anno dant singulas galjnas Riqui homjni terre. Et dixit quod quintana fernandi martjny, et qujntana de Gondizendi et quintana de Miranci et quintana Molis olivarum, solebat jn illis jntrare maiordomus, et modo nom jntrat ibi. jnterrogatus quare, dixit quod ex quando iste quintane fuerunt facte nunquam ibi jntrauit. Et adhuc nom sunt viginti anny ellapssy quod (1) facte fuerunt. Et dixit quod iiij.or homjnes Sancti Tissi dant maiordomo jn quolibed mensse vij. denarios quilibet per se.

Domnus simeom, domjnicus dictus agustus, Pellagius garsie, Petrus martjni, Petrus juliany, Domjnicus frater perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibed per se sicut gonsaluus petri supra scriptus.

VILLE QUE VOCATUR

MIRANCIM

Hic incipit inquisicio ville que vocatur Mirancim et est collacionis Ecclesie Ville Plane.

Petrus johannis, juratus et jnterrogatus quot Casalia habentur jn ipso loco, dixit quod xviij.o Et de jstis Casalibus sunt jnde Monasterij sancti tissy iiij.or casalia. Et de jstis Casalibus Sancti Tissy dant inde annuatjm Maiordomo jn quolibet mensse vij. denarios de quilibet per se. Et sunt duo casalia domny Maioris Subgerij: et fuerunt xiij.cim casalia Fernandi Episcopi, et modo sunt filliorum et nepotum eius. Et de illis casalibus fernandi Episcopi dedit jnde vnum Monasterio Burij. Et aliud dedit Monasterio Lacune. jnterrogatus si jntrat ibi maiordomus, dixit quod jntrat jn casalibus sancti tissi, et solebat intrare in omnibus, sed ex quando domna Maria pellagij tenuit ipsum locum jn comenda nunquam ibi jntrauit maiordomus. jnterrogatus si habetur ibi aliquod regalengum, dixit quod nom. jnterrogatus si faciunt inde domjno Regi aliquod forum uel si debent illud facere de jure, dixit quod nom. jnterrogatus si homines ipsius loci laborant aliquod rregallengum, dixit quod nom.

Domnus Clemencius, Petrus mjchaelis Subierius pelagij, Pelagius fernandi, johannes johannis, omnes jsti sunt predicte ville et perhibuerunt testimonium verbo et uerbum quilibet per se sicut petrus johanis supra dictus.

Gonçaluus Maurus, prelatus eiusdem Ecclesie, juratus et jnterrogatus quis presentauit eum ad ipsam Ecclesiam, dixit quod prior de Rooriz. et ad presentacionem ipsius Episcopus Portuensis eum constituit in eadem.

VILLE QUE VOCATUR

(*) **MARTIÃES**

Hic incipit jnquisiçio uille que uocatur Martjães et collacionis Ecclesie Sancti Stephany (1) *ejusdem loci.*

Pelagius petri, eiusdem loci, juratus et jnterrogatus quot casalia habentur jn ipso loco, dixit quod vj. casalia et sunt monasterij de vayram et jacent jn Cauto eius. Et dixit (2) quod jn villa que uocatur Trasvar habentur xij.cim casalia, et sunt de vayram et jacent in Cauto eius. jnterrogatus si faciunt (1) inde aliquod forum domjno Regi, dixit quod nom, sed tamen dant de Renda Maiordomo in quolibet mensse vij. denarios quilibet per se.

Petrus poncij, Domjnicus Subgerij sunt predicte ville, et perhibuerunt predictum testimonyum verbo et uerbum quilibet per se sicut pelagius petri.

(1) desunt.
(2) deest.

(1) deest.

(*) Var: -martinaes.

VILLE QUE UOCATUR

JUYAM SUPERNUS

Hic incipit inq*ui*sicio uille q*ue* uocatur Juyam supernus *et* collacionis p*re*dic*te* Ecclesie Sancti Stephany.

(1) *Petrus* Stephani, eiusdem loci, juratus *et* jnterrogatus q*uo*t casalia habentur jn ipso loco, dixit q*uod* v.e *et* sunt in*de* t*ri*a Monasterij de Vayram, e*t* vnum est Sa*ncti* Tissy, *et* alliud e*st* hospitalis. jnter*rogatus* si jnt*ra*t ibi maiordomus, dixit q*uod* sic, *et* da*nt* in*de* Maiordomo jn q*uo*libe*t* mensse vij. denarios e*t* vnam galinam, e*t* dant (1) *aliam* gallinam Riq*ui* homini *et* ij. cobros de carne annuatjm q*ui*li*bet* p*er* se, *et* dant maiordomo qua*ndo* uadit ad locum vitam, sc*ili*cet, panem *et* oua, et comparant ibi uitam pro ad diuitem homjne*m* terre. jnter*rogatus* vn*de* ordines habue*ru*nt ipsa casalia, dixit q*uod* nescit: tam*en* dixit q*uod* casalle hospitalis nom facit ullum forum. jnter*rogatus* q*ua*re, dixit q*uod* p*ro*pt*er* p*ri*uilegium hospitall*is*. E*t* dixit q*uod* solebat jnt*ra*re Maiordomus jn Gondizendi, e*t* m*o*do nom jntrat ibi. jnter*rogatus* q*ua*re no*m* jntrat modo ibi, dixit q*uod* p*ro*pt*er* qu*i*ntanam q*ua*m ibi fecerunt. jnter*rogatus* in q*uo* t*em*p*o*re fecerunt ibi eam, dixit q*uod* jn temp*o*re Regis Sanciis, f*ra*t*r*is istius Regis. Et ex illa *h*ora nunq*ua*m ibi jnt*ra*uit. jnter*rogatus* q*uo*m*odo* scit om*n*ia que per*h*ibuit, dixit q*uod* vidit e*t* passus fuit.

Pet*ru*s pet*ri et* Martjnus pet*ri* per*h*ibuer*unt* testimonium uerbo e*t* verbum q*ui*li*bet* p*er* se sicut p*ri*mus.

VILLE QUE UOCATUR

JUYAM MEDJANUS

Hic jncipit jnq*ui*siçio ville q*ue* uocatur Juyam Medianus *et* colacionis predic*te* Eccl*es*ie Sancti Stephany.

Subgerius pe*tri,* eiusdem loçi, juratus *et* jnterro*gatus* q*uo*t casalia ha*ben*tur jn ipso loco, dixit q*uod* duos *et* sunt ambo hordinis hospitalis. jnter*rogatus* si faciunt jnde aliq*uod* foru*m* d*om*jno Regi, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* q*ua*re, dixit q*uod* sem*per* ita vidit uti eis. jnter*rogatus* vn*de* Ordo h*ab*uit ipsa casalia, (1) *dixit* q*uod* audiuit dici q*uod* h*ab*uit an*te* ea de vno homine q*ui* uocabatur Peyre Joam,

FOLHA LXXXVIIJ

e*t* est (1) *inde* q*ui*nta pars Monasterij de Vayram e*t* iiij.or pa*rt*es sunt hospitalis. jnter*rogatus* si habetur ibi aliq*uod* Regallengum, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* si moratur ibi aliq*ui*s homo forarius uel debitor d*om*jni Regis, aut q*ui* fecisset homjcidium e*t* nom pectauisse*t* illud, dixit q*uod* nom.

petrus subierij, Sujerus pet*ri,* ambo jsti dixe*runt* p*er* totu*m* sicut p*ri*mus.

VILLE QUE UOCATUR

JUYAM JNFERIOR

Hic incipit jnq*ui*siçio ville que vocatur Juyam Jnferior e*t* parrochianor*um* predic*te* Ecclesie Sancti Stephani.

Martjnus pelagij, eiusdem loci, juratus *et* jnterro*gatus* q*uo*t Casalia h*ab*entur ibi, dixit q*uod* iiij.or Et de jstis iiij.or casalibus s*unt* jn*de* t*re*s Monasterij de Uayram, e*t* vnum est Monasterij Sa*ncti* tissy. Et dixit q*uod* dant Maiordomo jn q*uo*libe*t* mensse vij. d*enarios* q*ui*libet p*er* se, e*t* dant sibi vitam. (2) *Et dixit quod in villa* q*ue* uocatur Molla Oliuarum habentur viij.o casalia, e*t* dant annuatjm do*m*jno Regi de q*uo*l*i*bet casali j. q*uar*tu*m* t*ri*t*i*ci e*t* vnum q*ua*rtum millij e*t* vnum q*ua*rtum messis p*er* quayram vete*rem*.

Pet*ru*s subgerij e*t* Subgeri*us* pet*ri* per*h*ibuerunt jstud testimonium sicut primus.

jt*em* dixit q*uod* audiuit dici multociens m*u*ltis homjnibus vete*r*ibus q*uod* vna vya q*ue* uocatur Via Veteris, e*t* jncipit jn fluuyo Dorij jn loco q*ui* dicitur Arrabea, dejnde q*uomodo* uenit ad Cautum q*ui* estat jnter Loordelum et Citofact*am,* dejnde q*uomodo* uenit ad crucem Sancti Jacobi de Costoyas, dejnde q*uo*m*odo* venit ad Petras veyras, dejnde q*uomodo* uenit ad Auellanedam, dejnde q*uomodo* uenit ad locum q*ui*

(1) deest.
(2) Verba «*Et dixit quod in villa*» desunt.

(1) deest.

vocatur MOLLA OLIUARUM, dejnde *quomodo* uenit ad mormorialle do*m*ny pellagij troytosendiz, dejnde *quomodo* uenit ad Cautum *qui* estat jnter FAIOZES et VAYROM subtus CASTRUM BOUIS, dejnde *quomodo* uenit ad MAZANARIAM, dejnde *quomodo* jntrat jn fluuyo Aue: Et dixit *quod* qua*n*do Maiordom*i* pignora*bant*, nolebant Milites terre *quod* Maiordomy duce*rent* pignora *per* hereditates eo*rum*. Et *propter* hoc do*mjnus* Rex *et* Millites terre diuisauerunt illam predictam VIAM VETEREM *et* est tota Regallenga, *et* modo tene*nt* Milites *et* Ordines jstam vyam occupatam, *et* laborant eam, et nom dant jnde porcione*m* do*mj*no Regi. jnterrogatus *quare* no*m* dant jnde porçionem do*mj*no Regi post*quam* ipsa est tota Regalenga, dixit *quod* nescit.

johannes benedicti, Pet*rus* martjny, Martjnus fernandi, Pet*rus* Cauty per*h*ibuerunt testimonyum de vya *tantum*, *sed* nom de alio, sicut *pri*mus.

VILLE QUE UOCATUR

BALSSAMIR

Hic incipit jnq*ui*siçio uille q*ue* vocatur BALSSAMIR *et* collacionis SANCTI STEPHANY Ecc*le*sie pred*icte*.

do*mj*nicus subierij, eiusdem loci, juratus *et* jnterrogatus q*uo*t casallia habentur jn ipsa villa, dixit *quod* v.e casalia, *et* dixit *quod* t*ri*a Casalia sunt Ordinis Hospitalis, *et* vnum casalle est Monasterij de Vayra*m*, *et* ij. (1) *et media* casalia sunt herdatori*um*: *et* dixit *quod* habentur ibi duo cabanarie. jnterrogatus si jnt*ra*t ibi maiordomus, dixit *quod* nom. jnter*rogatus* q*ua*re, dixit *quod* nu*n*quam eu*m* ibi vidit jnt*ra*re. jnter*rogatus* si nut*ri*uerunt ibi aliqu*em* filium uel filiam alicuius Militis, dixit *quod* sic, *quia* nut*ri*uerunt ibi duas fillias Stephani Gueeral *et* nut*ri*uerunt eas jn p*re*dictis casalibus jstor*um* herdatorum. *et* dixit *quod* de jstis duobus medijs casalibus nom dant jnde rrendam *ni*si de vno, *quod* laborat petrus subgerij, *et* da*n*t jn*de* vij. de*narios* jn q*uo*libet mensse de Renda. Et aliud medium casalis *quod* laborat johanes subgerij no*m* dat Rendam. jnter*rogatus* quare, dixit *quod* nescit. E*t* dixit quo*d* illud casalle *quod* laborat petrus subge*r*ij *et* allya mulier q*ue* uocatur do*m*na Stephania *quod* fece*runt* talle*m* composic*i*onem cum Ordine Hospitalis q*uo*d si illud medium casalis habuerjnt uend*ere*, *tan*tum pro tanto, de*be*t esse Ordin*is* Hospitalis, tali pauto, *quod* hordo deffendat ipsos supradictos de tota rrenda *et* ab o*mn*i foro rregali, *et* ideo ipsi supradicti dant annuatjm Ordini j. marapitinum veterem de Renda. jnter*rogatus* si habetur ibi aliquo*d* rregalengum, dixit quo*d* no*m*. jnter*rogatus* quomodo scit jsta q*ue* per*h*ibuit, dixit *quod* est (1) *inde* bene certus quo*d* ita e*st*. jnter*rogatus* si moratur ibi aliq*uis* homo forarius aut debitor do*mj*ni rregis, uel q*ui* fecisse*t* homiçidium *et* nom pectauisse*t* illud, dixit *quod* no*m*.

Michael domjnici, Do*mjni*cus Subge*r*ij per*h*ibuerunt testimonium verbo *et* uerbum sicut prim*us*.

VILLE QUE VOCATUR

JGAREY

Hic incipit inq*ui*siçio ville q*ue* uocatur JGAREY *et* collacionis SANCTI STEPHANI pred*i*cte Ecc*lesie*.

Pellagius joha*n*nis, eiusdem loci, juratus *et* jnter*rogatus* q*uo*t Casalia habentur jn ipso loco, dixit *quod* t*ri*a. Et de jstis t*ri*bus casalibus *est* jnde vnum Monasterij de Vayram *et* aliud *et* m*e*dium est do*m*ne Maioris Egee, *et* aliud medium est vniu*s* herdatoris, *et* dant jnde annuatjm do*mj*no Regi pro fossadarya duos *soli*dos. jnterrogatus si habet ibi do*mj*nus rrex aliq*uod* Regallengum, dixit *quod* no*m*. jnter*rogatus* si jnt*rat* ibi Maiordomus, dixit *quod* sic *et* leuat jnde vocem *et* calupnyam. jnter*rogatus* sy moratur ibi aliq*uis* homo forarius uel debitor do*mj*ni Regis, aut q*ui* fecisset homicidiu*m* *et* nom pectauisse*t* illud, dixit *quod* no*m*.

Do*m*jnicus pet*ri*, Do*mj*nicus pellagij dixerunt sicut primus.

VILLE QUE VOCATUR

SANCTUS STEPHANUS

Hic incipit jnq*ui*siçio ville q*ue* uocatur SANCTUS STEPHANUS *et* colaçionis predi*cte* Ecc*lesie*.

Pet*r*arius, eiusdem loci, juratus *et* jnterrogat*us* q*uot* casalia h*abe*ntur jn ipsa villa, dixit quo*d* xj.cim Et

(1) desunt.

(1) deest.

de jstis xj.[cim] casalibus sunt jnde septem casalia *et medium* Ordinis Hospitalis, *et* duo *et* medio sunt Monasterij de Vayram. Et vnu*m* est Monasterij de villares fratruum. jnterrogatus vnde Ordines habuer*unt* jsta casalia, dixit *quod* nescit. jnter*roga'us* si jntrat ibi maiordomus, dixit *quod* no*m*. jnterr*ogatus* quare, dixit *quod* p*ropter* honorem hordinum *et* mjlitum *qui* morantur ibi.

Durandus domj*nici*, julianus pet*ri*, Domj*nic*us pe*tri* (1) *dixerunt* sicut prim*us*.

VILLE QUE VOCATUR

MOLLA OLIUARUM

Hic incipit jnq*ui*sicio ville *que* uocatur Molla Oliuarum Superna *et* colacionis Sancti Saluatoris eiusdem loci.

johanes petri, p*r*ellatus eiusdem Ecc*lesie*, juratus *et* jnterr*ogatus* cuias est ipsa Ecclesia, dix*it quod* est monasterij de Vayram, *et* ad presentacionem ipsius Monasterij Port*uensis* Ep*iscopus* eum constituit jn eadem. jnter*rogatus* q*uot* casalia habentur jn ip*s*a ujlla, dixit *quod* viij.° *et medium et* j. qui*n*tana: *et* de jstis viij.° casalibus *et* mediu*m* est vnum Hordinis Hospitalis *et* aliud est Monasteri*i* Villares fratruum, *et* aliud *et medium* est Monasterij Sa*ncti* Tissy, *et* t*ri*a sunt Monasterij de Vayrom, *et* aliud est Monasterij (1) *de Ceti*. jnter*rogatus* vnde Ordines habuerunt jsta casalia, dixit q*uod* ordo hospitalis c*om*p*a*rauit suum de Martjno Madie postq*uam in*quisicio fuit facta generalis. Et Monasterium uillares fratruum habuit suu*m* Casalle de testamento (2) *de* petre joham. Et Monasterium s*an*cti tissy comp*ar*auit suum casale de pelagio fernandy postq*uam* fuit facta jnq*uisicio* generalis. Et Monasterium de Vayram habuit sua casalia de Militibus de rra*m*aldi, q*ui* ibi deder*unt* pro a*ni*mabus eor*um*. Et Monasterium de Ceti habuit suum Casale de testamento de peyre ioam. jnter*rogatus* si jnt*r*at ibi maiordomus, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* quare, dixit q*uod* audiuit dici multocie*n*s illa quintana q*uod* erat honrrata pe*r* pendonem do*m*j*n*i rregis, (3) set nescit utru*m* sit ueru*m* nec ne. E*t* pr*o*p*te*r hoc no*m* jnt*r*at ibi. jnterrogatus (3) dixit q*uod* jn villa q*ue* uocatur Mola Oliuarum jnferior h*a*bentur viij.° casalia *et* sunt jnde t*r*ia Monasterij villaris fratr*u*um, e*t* j. Monasterij de Citi *et* aliud est hospitallis, *et* aliud est de Vayram. Et aliud est do*m*ne tarasie martjny, *et* aliud Pet*ri* Stephani. jnter*rogatus* vnde habuer*unt* ordi*n*es ipsa casalia, dixit q*uod* de testamento de peyre joa*m*. Et de jstis casalibus dant jnde annuatjm d*omj*no Regi quatuor buzenos panis, terciam t*r*itici *et* terciam millij *et* terciam messis. jnter*rogatus* de q*u*o dant jstum pane*m* do*mj*no Regi, si de rregalengo aut de foro, dixit q*uod* dant eu*m* sibi de foro. jtem, dixit q*uod* jn villa que vocatur Casalle habentur t*r*ia casalia. (1) *et* sunt ordinis hospitalis, *et* nom faciunt jnde ullum forum d*omj*no Regi. jnterrogatus quare, dixit q*uod* p*ropte*r priuilegium Hospitalis. (1) *Interrogatus* si moratur jn ipsa Collacio*n*e aliquis homo forarius u*e*l debitor d*omi*nj rregis, aut q*ui* feciss*et* homicidium *et* nom pectauiss*et* illud, dixit q*uod* no*m*. jnterrogatus si habetur ibi aliq*uod* rregallengum, dix*it* q*uod* nom. Et omnes dixerunt q*uod* jn villa q*ue* uocatur Rrauelones h*abe*ntur vj. casalia, *et* sunt in*de* quatuor hospital*is*, *et* vnu*m* Monasterij de Egreioo, *et* aliud est Monasterij villaris fratrum. jnter*rogatus* vnde ordi*n*es habuer*unt* jsta casallya, dix*it* se nichil jn*de* scire. jnterrogatus si h*a*betur ibi alliquo*d* Regalengum, dixit q*uod* no*m*. jnter*rogatus* si faciunt jn*de* aliq*uod* for*um* do*mj*no Regi, dixit quo*d* nom. jnterrogatus si jntrat ibi Maiordomus, dixit q*uod* no*m*. jnter*rogatus* si habetur jn ipsa collacione aliq*uod* casalle forarium q*uod* ille q*ui* in ipso moratus fue*r*it q*uod* debeat esse maiordomus terre uel arear*um*, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* q*u*omodo scit o*m*nia q*ue* per*h*ibuit, dixit q*uod* vidit *et* passus fuit *et est* jnde bene certus q*uod* ita est.

Durand*us* subge*r*ij *et* Michael pet*ri et* johanes garsie *et* Pet*rus* ujncencij *et* Gonsaluus garsie, Pelagius abbas *et* Pelagius garsie *et* Pet*rus* pet*ri et* Domjnicus vjncençij *et* Pelagius johanis *et* Martjnus pet*ri* per*h*ibuer*unt* pred*ic*t*um* testimonium verbo *et* uerbum sicut prelatus eiusdem Ecclesie.

VILLE QUE UOCATUR

SANCTA CHRISTINA DE CORNIS

Hic incipit inquis*ic*io uille que vocatur Sancta Christina de Cornis *et* parrochianor*um* Ecclesie eiusdem loci.

fernandus subgerij, prellatus eiusdem Ec*clesie*, juratus *et* jnterrogatus cujas *est* ipsa Ec*clesia*, dixit q*uod* est ordinys hospitalis, *et* ad presentacionem ipsius ordinis port*uensis* Ep*iscopus* eu*m* constituit jn eadem.

(1) desunt.
(2) deest.
(3) *Sic.*

(1) deest.

jnterrogatus vnde habuyt eam, dixit *quod* nescit. jnter*rogatus* *quot* Casallia *habentur* jn ipsa uilla, dixit *quod* quatuor. *et* sunt om*n*ya iiij.[or] ordjnis hospitalis. jnter*rogatus* vnde habuit ea, dixit *quod* nescit vn*de* habuit t*ria* casalia, se*d* vnum dixit *quod* comparauit de vno herdatore *qui* uocabatur Godjnus de Cornibus. jnter*rogatus* (1) *de* quo temp*ore* comp*a*rauit illud, dix*it* q*uod* jn temp*ore* fra*tris* istius rregis. Et de ipso casali solebant dare do*m*jno Regi annuatjm vj. denarios jn q*u*olib*et* anno de rrenda. jnter*rogatus* si h*abet* ibi *domjnus* Rex aliq*uod* rregallengum, dixit q*uod* no*m*. jnter*rogatus* sy jntrat ibi Maiordomus, dixit q*uod* solebant jntr*are* in ipsa quintana de Cornibus, *et* solebant jnde dare do*mj*no Regi annuatjm unu*m* bragalle de fossadarya, *et* mo*do* comp*a*rauit eam Matheus barrarius de portu, *et* fecit ibi t*ria* casalia *et* nom jnt*ra*t ibi Maiordomus. jnter*rogatus* quare no*m* jntr*a*t ibi mo*do* sic*ut* antea, dixit q*uod* nescit. E*t* dixit q*uod* ordo hospitalis comp*a*rauit vnum casalle de Martjno joha*n*is de cabenelis, *et* aliud comp*a*rauit de Pelagio Sino Ville Comitis. *et* pectabant vocem *et* calupniam ista predi*cta* Casalia, *et* comp*a*raue*runt* jsta predicta casalia jn te*m*po*re* Regis S*ancij*, fr*a*t*r*is istius rregis. Et dixit q*uod* in alia villa q*ue* uocatur Cornas Supernas h*abe*ntur ibi vij. casalia, *et* su*n*t Ordinis hospitalis. jnter*rogatus* vnde ordo h*a*buit ipsa casalia. dixit q*uod* nescit.

jtem, dixit q*uod* in alio loco q*ui* uocatur Cornas Inferiores h*abe*ntur ibi iiij.[or] casalia *et* sunt o*mn*ia ordinis hospitalis. jnter*rogatus* vn*de* habuit ea, dixit q*uod* audiuit dice*re* q*uod* comparauer*unt* jnde duo. jnter*rogatus* de q*uo* comp*a*rauit ea uel in quo te*m*po*re*, dixit q*uod* nescit tempus n*ec* de quo. *et* aliud fuit cuiusdam mulieris que uocabatur Sanchola: *et* aliud fuit do*m*ne Orrace ualasci. jnter*rogatus* si ipsa casalia erant foraria aut si jnt*ra*bat ibi Maiordomus, dixit q*uod* nescit. jnter*rogatus* si intrat ibi mo*do* maiordomus, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* quare, dixit q*uod* p*ropte*r p*r*iuilegium Hospitalis. jtem, dixit q*uod* jn alio loco q*ui* dicitur Borrozos h*abe*ntur ibi iiij.[or] casalia: *et* de jstis iiij.[or] casalibus e*st* jn*de* unum *et* decim*am* Ordinis Hospital*is*, *et* sunt duo et (1) decim p*a*rtes unius casalis do*m*ny aluari didaci, *et* unum e*st* martjni égee militis. *et* dixit q*uod* vjncencius montis appis *et* Martjnus su*b*gerij, q*ui* morantur jn Cornis supernis, laborant vnam magnam pezam rregalengam q*ue* jacet in termjno ipsius ville in q*u*a ipsi morantur, *et* no*m* faciunt in*de* vlum foru*m*. jnter*rogatus* quare, dixit q*uod* nescit. jnter*rogatus* quo*modo* scit jsta q*ue* per*h*ibuit, dixit q*uod* vidit *et* passus fuit *et* jn*de* est bene certus.

D*ominicus* pellagi *et* johan*nes* gonsalui per*h*ibuerunt p*re*dic*t*um testimonium uerbo *et* uerbum q*ui*lib*et* pe*r* se sic*ut* fernandus subgerij, prelatus Ecclesie.

VILLE QUE UOCATUR

FAIOZES

Hic jnçip*it* jnquisic*i*o ville que vocatur faiozes *et* parrochianor*um* Ecclesie Sancti petri eiusdem loçi.

subgerius joha*nn*is, prellatus eiusdem Ecc*l*esie, juratus *et* jnterrogatus cuias e*st* ipsa Eccl*esia*, dixit q*uod* est do*mj*ni Regis. jnterrogatus q*u*is presentauit eu*m* ad ipsam Eccles*i*am, dixit q*uod* vsus (2) te*m*po*re* talis (3) *est:* q*uod* parrochiany ipsius Ecclesie eligunt vnum cle*ri*cum p*r*o p*r*io*re*, *et* uadunt cu*m* eo ad judicem, et judex loco do*m*i*ny* Re-

FOLHA LXXXIX

gis, vadit cum eis Ep*iscopo* port*uensi*. Et t*unc* Ep*iscopus* prellatu*m* confirmat jn Ecclesia: *et* dixit q*uod* ipse ita fuit presentatus, (3) *et* ad presentaçionem huiusmo*di* facta*m* Port*uensis* Ep*iscopus* (3) *eum* constituit jn eadem. jnter*rogatus* si h*abe*t in*de* cartam presentacionis uel confirmacionis, dixit q*uod* nom, q*uia* t*unc* tempo*ris* no*m* erat (3) *usus* terre. jnter*rogatus* si fac*it* inde aliquod foru*m* do*mj*no Regi, dixit q*uod* dat annuatjm do*mj*no Regi de rrenda iiij.[or] marabitinos veteres, *et* simil*ite*r dat domjno Regi q*u*adraginta alq*ueire*s t*r*itici, *et* x. alq*ueire*s millij *et* x. alq*ueire*s auene pe*r* mensuram directam Pinidilli, et dat vnam spatullam porc*i* (2) *cum* ix. costis cu*m* pede; *et* vnam fogacia*m* secundum vsum terre. jnter*rogatus* *quot* casalia habentur jn ipsa uilla, dixit q*uod* (3) xxxv. casalia, *et* sunt jn*de* x.[cem] do*m*ne Maioris Egee, *et* t*ria* casalia *et* medium sunt Elujre rroderici, nepote Gonsaluy pet*ri* de Faiozes. Et t*ria* casalia sunt petri (4) Caluy, *et* duo Casalia *et* mediu*m* *sunt* do*m*ni giraldi, nepot*is* ipsius go*n*saluy pet*ri*. Et unum casalle *et* *medium* est Domjnici garsie, generis ipsius G*o*nsal*uy* petri, *et* vnum casalle est Roderici Pet*ri* de Rozas, *et* vnum *et* *medium* est joha*n*nis zecori*n*u, *et* unum est alffonsi nuniz, *et* duo *sunt* monasterij de Souto. jnter*rogatus* si faciunt de ipsis casalibus aliquo*d* foru*m* do*mj*no Regi, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* *quare*, dixit q*uod* nescit. jnter*rogatus* si jntrat ibi Maiordomus, dixit q*uod* no*m*. jnter*rogatus* q*u*are, dixit q*uod* *propter* honorem ipsius qu*i*ntane q*ue* est honrrata. jnter*rogatus* quo*modo* est honrrata, dixit q*uod* vidit ibi pousare do*mj*n*us* Rex Sancius, Auus istius Regis, *et* nunq*u*am vidit nec au-

(1) Lege: —*in.*
(2) Lege: —*terre.*
(3) deest.

(1) Lege: —ix.[em]
(2) deest.
(3) ?
(4) Var: —*Talvay* (?)

diuit q*uod* ibi jnt*ra*sset maiordomus p*os*t*e*a. jnterrogatus si aliq*ui*s homo ip*s*ius loci laborat aliq*uo*d Regallengum do*m*i*n*y Regis, dixit q*uod* Subgerius pet*ri* *et* domjnicus pet*ri* laborant unu*m* bonum agru*m*, *qui* jacet jn loco q*ui* dicitur Couello, *et* dant jnde do*m*j*n*o Regi annuatjm quarta*m* partem panis. Et joha*nn*es *gonsal*uj *et* do*m*nus siluester laborant alium agru*m* *qui* jacet jn loco q*ui* d*icitur* Mamona Petrosa, *et* dant jn*de* annuatjm do*m*j*n*o Regi quartam partem o*m*n*i*um fructuum. jnter*rogatns* si faciunt (1) *inde* aliud forum domino rregi, dixit q*uod* nom. jtem, dixit qu*od* in alia villa q*ue* uocatur (2) Tuery ha*be*ntur ibi xiiij.cim casalia *et* mediu*m* *et* sunt jn*de* duo hordinis hospitalis. jnter*rogatus* vn*de* habuit ea, dixit q*uod* nescit. *et* vnum e*st* Martjni Morouzoo. E*t* duo sunt Steph*ani* de Molnes, *et* vnum *et* me*dium* est Egidij pe*tri*, *et* vnum medium casalis e*st* sancti tissy. Et vnum est monasterij de Vayram, *et* iiij.or *et* medium sunt Monasterij S*ancti* christoffory. jnter*rogatus* si jnt*ra*t maiordomus in (2) Tueri, dixit q*uod* solebat ibi jnt*ra*re, *et* modo no*m* jnt*ra*t ibi. jnter*rogatus* quare, dixit q*uod* p*ro*pt*er* q*uin*tanam q*ua*m ibi fecit Stephanus de Molnes. Et dixit q*uod* audiuit dici q*uod* ipse tenet cartam do*m*j*n*i Regis p*er* q*ua*m est cautata ipsa ujlla. jnter*rogatus* si uidit jn*de* carta ipse, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* si h*abe*t in ip*s*a uilla aliq*ui*s homo q*ui* laboret aliq*uo*d rregalengum, dixit q*uod* martjnus martjny de (1) Tuery laborat duos agros Regallengos jn loco q*ui* dicitur Rrupta (2) Lauitata et Rupta de Rrabegia, *et* dat jn*de* annuatjm do*m*j*n*o Regi q*ua*rt*am* partem o*m*nium fructu*um*. Et do*m*nus tomas, uicinus eius, laborat alliud Regallengum jn loco q*ui* dicitur Rrupta, *et* jazet cora*m* uilla q*ue* uocatur Quintana. E*t* pet*rus* pet*ri*, eius vicinus, ten*et* (3) *unum* mollendinum jn rregallengo jn termino Qujntane, *et* dat in*de* domjno Regi annuatjm medi*um* marapitinum. E*t* allius homo q*ui* moratur jn Quintana dat alium m*edium* marapitin*um*, *quia* molendinus predictus est ambor*um*. jnter*rogatus* q*ui*s dedit eis illum locum vbi fecer*unt* mollendinum ad talle foru*m*, dixit q*uod* nescit. j*nterrogatus* quo*modo* scit omnia jsta que dixit jn testimonyum, dixit q*uod* octoginta anny sunt ellapssy q*uod* moratur ibi *et* bene rrecolit se. *et* vidit om*n*ia *et* pass*us* fuit, *et* jn*de* bene certus est.

E*t* joha*nn*es pellagij, et domjnicus pet*ri* et (4) Stephanus pet*ri* *et* Martjnus pellagij *et* saluator *gonsa*luj *et* Martjnus martjny, Pet*rus* (5) juliany, julianus subgerij, Tomhas pellagij, om*n*es jsti pe*r*hibuer*unt* testimonyum verbo *et* uerbum q*ui*libet per se sicut (6) Step*hanus* joha*nn*is, p*re*latus Eccl*es*ie de faiozes.

(1) deest.
(2) Var: — Tuerey (?)
(3) Var: — *dicitur*.
(4) *Sic*; lege -*vel*.
(5) Deest tota periodus, quae incipit in verbis *dixit quod* et in verbo *regalenge* desinit.

(1) Var: — Tuerey (?)
(2) Var: — Lavicata (?)
(3) deest.
(4) Var: — *Suerius*.
(5) Var: — *johannis*.
(6) Lege: — *Subgerius*.

VILLE QUE UOCATUR

LEENTY

Hic incipit jnq*ui*sicio uille q*ue* (3) uocatur leenty *et* parrochianor*um* predic*te* Ecclesie de faiozes.

Michael pet*ri*, eiusdem loci, juratus *et* jnterrogatus q*uot* casalia ha*be*ntur jn ipsa uilla, dixit q*uod* ix.em Et de jstis ix.em casalibus sunt in*de* v.e *et* mediu*m* Monasterij Cito facte, *et* vnum est johan*n*is de veeyriz, *et* aliud est de Vayram. Et aliud est Monasterij s*ancti* simeonis. jnterrogatus si faciunt jnde for*um* do*m*j*n*o Regi, (4) vuel si jnt*ra*t ibi maiordomus, dixit quo*d* nom. jnterrogatus q*uare*, dixit q*uod* semper vidit *et* audiuit quo*d* erat honrrata: tam*en* dixit q*uod* vidit eum ibi jnt*ra*re jn tempore do*m*in*j* Regis Sanci*i*, f*ra*tris jstius Regis, se*d* antea n*e*c postea nunq*ua*m vidit n*e*c audiuit q*uod* jnt*ra*sse*t* ibi Maiordomus. jnter*rogatus* si habetur ibi aliq*uo*d Regallengum, (5) *dixit quod iiij.or leire habentur ibi, et sunt regalenge* mediatjm, *et* jace*n*t jn loco qui d*icitur* Inter matos et morouçoos, *et* do*m*j*n*us Rex leuat jn*de* medietatem porcionis fructu*um*, *et* alya medietas e*st* ip*s*or*um* preditor*um* Monasterior*um*, *et* laborant ipsas p*re*dic*t*as leyras Michael petri *et* domjnicus martjny *et* johan*n*es pet*ri*, *et* dant jn*de* de foro do*m*j*n*o Regi annuatjm ix. oua et vnu*m* franganum. jnter*rogatus* si moratur ibi aliq*ui*s homo forarius uel debitor do*m*iny Regis, (3) *aut* q*ui* fecisset homicidium *et* no*m* pectauisse*t* illud, dixit q*uod* nom. jnter*rogatus* quo*modo* scit jsta q*ue* pe*r*hibuit, dixit q*uod* uidit *et* passus fuit *et* est jnde bene certus.

et Domj*n*icus pellagij, *et* johan*n*es pet*ri*, *et* subierius saluatoris, *et* Domj*n*icus martjny, om*n*es jsti pe*r*hibuer*unt* predic*t*um testimonyum verbo *et* uerbum q*ui*li*b*et per se sicut primus.

VILLE QUE UOCATUR

RETORTA

Hic incipit inquisicio ville que uocatur RETORTA et parrochianorum Ecclesie SANCTE MARIE DE RRETORTA.

Gonsaluus rrabaldus, prelatus ipsius Ecclesie, juratus et jnterrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Monasterij morarie. jnterrogatus vnde habuit eam, dixit quod de domjno Gonsaluo petri. et ad presentacionem ipsius monasterij Portuensis Episcopus eum constituit in eadem. jnterrogatus si domjnus Rex habet uel habuit aut (1) debed habere jn ipsa Ecclesia aliquod jus, dixit quod nunquam vidit nec audiuit quod ibi habuisset ullum ius. jnterrogatus si faciunt inde forum aliquod domjno rregi, dixit quod nom. jnterrogatus si tenet aliquod Regallengum, dixit quod nom. jnterrogatus quot casalia habentur jn ipsa uilla, dixit quod xx.ti, et fuerunt omnia gonsaluy petri de faiozes. jnterrogatus si jntrat ibi Maiordomus, dixit quod multociens uidit eum ibi jntrare jn tempore domny Menendi gonsaluy et domny Roderiçj sancij, et modo nom jntrat ibi. jnterrogatus quare, dixit quod nescit. jnterrogatus si faciunt jnde aliquod forum domjno Regi, dixit quod nom. jnterrogatus si habet ibi domjnus Rex aliquod rregalengum, dixit quod nom. jnterrogatus cuiusmodi forum faciunt inde domjno Regi, dixit quod de quolibet casali dant singulos medios morabitinos, et dant jn quolibet mensse annuatjm maiordomo vj. denarios de Renda, et quartam partem omnium fructuum. et dixit quod homines de RETORTA rruperunt jnter RRETORTAM et MAURAM jn loco qui dicitur SONERARIUS, et de jlla Rupta quam ibi fecerunt uidit ipse (2) inde leuare porcionem maiordomo dominy Regis per tres annos: et postea uenit Stephanus vallasci et cepit inde porcionem: et postea uenit judex domnus julianus et deffendit eam pro domjno rrege, et tunc stephanus ualasci cum amjcis suis fuit ad judicem, et aduenit se cum eo taliter quod judex predictus uenit cum eis et mandauit uocare bonos homines ipsius loci, et (2) dixit: «ego inuenyo pro ueritate quod medietas (3) istius Rupte est domny Stephani, et medietas est domjni Regis, et mando quod de (4) cetero ita fiat»: et tunc judex mandauit ibi plantare marcos. jnterrogatus quomodo scit, dixit quod vidit et passus fuit totum hoc. jtem (2) dixit quod domjnicus Callabacinus fecit allyam Ruptam jn loco qui dicitur RANHOSA, et domjnicus maurus fecit allia Ruptam jn loco qui dicitur PETRA CURIALIS et subgerius Rey et laurencius fernandy fecerunt alyam Ruptam jn loco qui dicitur RRIPARIUS VILLARIS, et petrus rramjriz fecit aliam rruptam circa (2) ipsam alyam, et dixit quod iste Rupte sunt facte de nouo, et dixit quod credit quod sunt rregalengue, quia sunt faucte jn termjno PINIDILLI. jnterrogatus si faciunt jnde aliquod forum domjno Regi, dixit quod nom. jnterrogatus quare, dixit quod nescit. jnterrogatus quis leuat forum de ipsis Ruptis, dixit quod Millites de RRETORTA. et dixit quod de illis casalibus de RETORTA sunt jnde vj. casalia Monasterij morarie, et vnum et medium est monasterij de BEMDOMA et vnum casalle est matris rroderiçi laurençij, et aliud casalle est sancti tissy, et aliud est anrrici fernandi et martiny canellarum et domny (1) martjny fratris eius qui est herditarij, et duo sunt monasterij de Landjm, et aliud casalle est monasterij (2) Souti, et aliud est monasterij Tumini (3) et aliud et medium est UILLE COUE, et aliud est superinorum Martjni gonsaluy de RRAMATA, et duo casalia et medium (4) est domne sancie laurencij. jtem, dixit quod domjnus rrex habet vnum casalle jn loco qui dicitur VILARIS, et tenet illud domna Stephanya laurencij. jnterrogatus quomodo scit quod est rregallengum ipsum casalle VILLARIS, dixit quod ipse uidit illud populatum, et leuabat jnde forum et porçionem domjnus Rex, et est bene certus quod est rregallengum. jtem, dixit quod homines de TOUGUES tenent multum (5) filliatum de Regalengo. jnterrogatus quantum uel per vbi, dixit quod terminus de TOUGUES est per marcum de NOUAL usque ad marcum de CERQUEDO, et ipsi jntrant multum ultra istos marcos. jnterrogatus quomodo scit, dixit quod vidit de illo, et de alyo audiuit hominibus terre, qui sciebant totam ueritatem. jnterrogatus cuius est TOUGUES, dixit quod tercia pars est hordinis hospitalis, et due partes sunt domny aluari didaci de Castella. jnterrogatus si habetur ibi aliquod rregallengum, dixit quod nom. jnterrogatus si jntrat ibi maiordomus, dixit quod nom. jnterrogatus quare, dixit quod nescit. jnterrogatus de termjnys de MAURAM, dixit quod sicut jncipit per PETRAM CURUELLAM, dejnde uadit ad Ribeirum de GUYMAREY et adhuc sedet ibi marcos, dejnde uadit (6) ad CERQUEDUM et sedet ibi marcus, deinde vertit per CACUNAM UESSATAM, dejnde uenit ad PETRAM CURUALLEM. jnterrogatus quis plantauit ibi ipsos marcos, dixit quod nescit. jnterrogatus sy aliquis tenet jnde aliquid, dixit quod homines de RETORTA et de TOUGUES tenent jnde multum (5) filliatum.

et nos jnquisitores fuymus ad illum locum cum multis bonis hominibus clericis et laycis, et jnuenimus quod homines de TOUGUES tenebant multum filiatum

(1) Sic; lege —*debet.*
(2) deest.
(3) In apogr. *ipsius* legitur.
(4) In apogr. tota haec periodus deturpata est.

(1) Var: —*Marci.*
(2) Lege: —*Santi.*
(3) deest.
(4) Lege: —*sunt.*
(5) I. e: —*filatum.*
(6) Deest tota periodus, quae incipit in verbis *ad* CERQUEDUM et in verbo *vertit* desinit.

Petrus Pinarius, eiusdem loci, juratus et interrogatus cujus est ipsum Monasterium, dixit quod est Dominy Regis. Interrogatus sy Dominus Rex (1) debet abbadare (2) *illud* aut si abbadavyt illud in aliquo tempore, dixit quod nunquam vidit nec audivit quod ibi intrasset prior sine mandato Domini rregis. Interrogatus quomodo scit, dixit quod vidit et passus fuit: tamen dixit quod iste prior non intravit ibi per mandatum Domini rregis. Interrogatus sy faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod dant inde (3) siby terciam collecte, et debent sibi servicium facere sicut Domino. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod xvj. casalia, et sunt omnya Militum et Ordinum, nisi unum quod est herdatoris et facit forum Hospitali quod (4) sint excusatus ab omni foro regaly. interrogatus unde Ordines et milites habuerunt ipsa casalia, dixit quod nescit. Interrogatus si habet ibi Dominus rrex aliquod rregalengum, dixit quod non. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod est cautata. Interrogatus quis cautavit eam, dixit quod nescit quia semper ita vidit uti. Interrogatus de terminis ipsius ville, dixit quod sic incipiunt terminy: yn fonte Domny Froye: deinde per finem montis de arroyo: deinde decendit ad presam Agrarum: deinde ad petram palacii de fundo: deinde per finem vallis de bregal: deinde ad lagenas de Soutelo: deinde (2) *ad* (2) *petram* porrinariam de noval: deinde ad petram de Couello: deinde ad petras medianas: deinde ad petras de Barraryo: deinde ad vallem malam: deinde ad fontaniam de Auellanali, et intrat in fluvyo Lecie, et uadit ad focem Avenosi: deinde uadit per aquam Avenosy ad ossas: deinde vadit ad finem de comaro: deinde ad petras de Covis: deinde ad covam: deinde ad amiranci: deinde ad fontem Dominy Froye, ubi primitus incepimus.

Et nos inquisitores predicti propter hoc posuimus istos terminos, quia invenimus pro certo quod homines ipsius loci capiebant multum de rregalengo in locis.

Petrus Johannis, Dominicus Prior, Martinus Petri, perhibuerunt testimonium verbo et verbum quilibet per se in secreto sicut primus.

(*) PEDROÇOS

Hic incipit inquisiçio ville que vocatur PEDROZOS et parrochianorum Monasterii AQUARUM SANCTARUM.

Menendus Pedrouzos, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod XIX. casalia et

(1) In apogr. *habet* legitur.
(2) deest.
(3) Lege: *ibi.*
(4) Lege: *sit.*

(1) *Sic.*
(2) deest.

(*) Sive PEDROUÇOS.

sunt omnia monasterii AQUARUM SANCTARUM. Interrogatus unde habuit ea vel ex quo tempore, dixit quod nescit. Interrogatus sy faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus sy habet (1) *ibi* Dominus Rex aliquod rregalengum, dixit quod non. Interrogatus si intrat ibi maiordomus, dixit quod intrat ibi pro tribus calupnys, et semper defenssi fuerunt usque modo per privilegium AQUARUM SANCTARUM de omnibus aliis foris regalibus. Et dixit quod in alio loco qui dicitur SANGIMIR habentur ibi xj.[cim] casalia et sunt AQUARUM SANCTARUM et faciunt aliud tale forum sicut de istis predictis casalibus de PEDROUZOS. Interrogatus unde Monasterium habuit ipsa casalia, dixit quod nescit.

Laurencius Martiny, Subgerius Martiny, Dominicus Johannis, Pelagius Johannis, omnes dixerunt et perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se in secreto sicut primus.

ARDAGAAẼS

Hic incipit inquisicio ville que vocatur ARDAGAES et parrochianorum AQUARUM SANCTARUM.

Petrus Maurus, ejusdem loci, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipso loco, dixit quod xx.[ti], et sunt inde xj.[cim] Hospitalis, et viij.[o] (1) *fuerunt* herdatorum et faciunt forum Hospitali quod (2) sint excusati ab omni foro rregali. Interrogatus unde Ordo habuit ipsa casalia, dixit quod nescit. Interrogatus si habet ibi Dominus rrex aliquod rregalengum, dixit quod non. Interrogatus sy intrat ibi Maiordomus, dixit quod non. interrogatus quare, dixit quod propter privilegium Hospitalis. Et de illis casalibus est inde unum AQUARUM SANCTARUM. Interrogatus si nutriverunt ibi filium vel filiam alicuius militis, per quos amisisset Dominus Rex jus suum, dixit quod non.

Dominicus Dominici, Johannes

FOLHA LRVII

Gonsalvi, Michael Gonsalvi, Martinus Durandi, Martinus Petri, Laurencius Petri, (1) *Johannes Petri*, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se in secreto sicut primus.

REVORDÃOS

Hic incipit inquisicio ville que vocatur REVORDANOS et parrochianorum AQUARUM SANCTARUM.

Domnus Facundos, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipso loco, dixit quod IX. et sunt omnia AQUARUM SANCTARUM et jacent in cauto AQUARUM SANCTARUM. et dixit quod omnes isti homines istius cauti laborant singulas leyras rregalengas termini Castelli Madie et dant inde terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod in Castello Madie habentur ibi iiij.[or] casalia et sunt Dominy rregis, (1) *et* dixit quod dant inde de quolibet casali terciam partem omnium fructuum, et dant de rrenda annuatim Domino Regi singulas quartas morabitini, et dant (1) *mediam* quayram tritici, et unum franganum et x. oua et j. cordarium et unam spatulam porci cum IX. costis, et singulos caseos et unam columnam butiri, et ij. quayras milii et mediam, et ij. quayras et mediam messis quilibet per se.

Domnus Julianus, Petrus Durandi, Michael Durandi, Laurencius Facundi, Pelagius Petri, Dominicus Trobolom, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se in secreto sicut primus.

GUEYFFAAẼS

Hic incipit inquisicio ville que vocatur GUEYFAẼS et parrochianorum Ecclesie SANCTI FRAUSTI.

Martinus Petri, eiusdem loci, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod XVIIJ.[o] casalia, et VIJ.[em] sunt Hospitalis, et xj.[cim] sunt herdatorum et faciunt forum Hospitali quod sint excusati ab omni foro rregali. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino rregi, dixit quod non. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod propter privilegium Hospitalis. Interrogatus si nutriverunt ibi aliquod filium vel filiam alicujus Militis, per quos amisisset Dominus Rex jus

(1) deest.
(2) In apogr. deturpat.

(1) deest.

suum, dixit quod non. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non.

Martinus Simeonis, Dominicus Petri, Johannes Petri, Joaninus, Laurencius Petri, Martinus Pelagii, Dominicus Julianus, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se in secreto sicut Martinus Petri predictus.

SAM LOURENÇO

Hic incipit inquisicio ville que vocatur Sanctus Laurencius et parrochianorum Ecclesie eiusdem loci.

Johannes Pelagii, prelatus eiusdem Ecclesie, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Monasterii Sancti Tissy, et ad presentacionem ipsius Monasterii Episcopus Portuensis eum constituit in eadem. Interrogatus si faciunt inde vel de jure debent facere aliquod forum Domino rregi, dixit quod non. Interrogatus unde Sanctus Tissus habuit eam, dixit quod nescit. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod v.e, et sunt iiij.or Sancti Tissy, et unum est ipsius Ecclesie. Interrogatus unde Monasterium et Ecclesia habuerunt ipsa casalia, dixit quod nescit. Interrogatus si intrat ibi maiordomus, dixit quod intrat, et dant inde Domino Regi annuatim de duobus casalibus predictis singulas quartas morabitini, et de alio casali dat ij. denarios in quolibet mense Maiordomo, et quandocunque maiordomus novus intrat dant ey singulos solidos, et dant sibi in quolibet mensse ij. denarios pro vita. Et dixit quod in villa que vocatur Azomes habentur vij.em casalia et sunt sancti tissy et Monasterii Aquarum Sanctarum et non faciunt ullum forum propter privilegium Aquarum Sanctarum, nisi (1) unum illorum sancti tissy quod dat Domino Regi annuatim quartam morapitini, et dat Maiordomo uitam et petitam. et dixit quod in Ardaganes habentur x.em casalia et sunt omnia Hospitalis, et non faciunt ullum forum propter privilegium Hospitalis. Interrogatus quomodo scit, dixit quod uidit et passus fuit. Interrogatus unde Ordines habuerunt ista casalia uel ex quo tempore, dixit quod nescit.

Petrus Petri, Dominicus Petri, Dominicus Martiny, Petrus Martiny, Fernandus Gonsalvi, Dominicus Martini, Gonsalvus Petri, Durandus Martini, Martinus Petri, Menendus Petri, Dominicus Fernandi, Vincencius (2) *Menendi*, Petrus Michaelis, Michael Martiny, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus.

HERMESENDE

Hic incipit inquisicio ville que vocatur Ermesendi et parrochianorum Ecclesie Sancti Laurentii.

Michael Johannis, eiusdem loci, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod vij.em, et sunt sancti tissy et monasterii Aquarum Sanctarum. Interrogatus unde habuerunt ea, dixit quod de herdatoribus. Et dixit quod unum istorum casalium est Domini rregis, et non faciunt de illo ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod rregalengum, dixit quod in uno loco qui dicitur Figueyra habetur ibi una leyra, et due leyre habentur in loco qui dicitur Anta. Et alia leira jacet in loco qui dicitur Lavandaria, et laborant ipsas predictas leiras homines de Aquarum Sanctarum et sancti tissy et solebant dare de ipsis predictis leiris terciam partem omnium fructuum, et modo non dant inde nisi singulas quartas panis. Interrogatus quare non dant tantum sicut inde solebant inde dare, dixit quod nescit. Et in alio loco qui dicitur Fons armena jacet unus bonus ager, et laborat illum unus homo Aquarum Sanctarum et dat inde terciam partem omnium fructuum Domino Regi. Et in alio loco qui dicitur Cortina, Fernandus Durandi, qui morabatur in ipsa villa cambivit cum Judice Fernandi Gonsalvi ipsas predictas leiras duas, et fecit ibi bonas vineas, et erant leyre meliores Domni rregis quam alie leire Fernandi Durandi. Interrogatus si dedit aliquid Judici quod faceret illud cambium, dixit quod nescit.

Et Dominicus Trebolom, juratus et interrogatus, dixit per totum sicut Michael Johannis primus: tamen addidit quod Dominus rrex habet unum casale in Manhaldi, et solebant inde dare terciam partem omnium frutuum de ipso casali: et Judex Domnus Julianus dedit ipsum casale pro denariis quidam homini de Portu, qui fecit ibi bonas vineas et non dat inde modo Domino rregi nisi vj.em partem fructuum. Et dixit quod Dominus Rex habet unum casale in loco qui dicitur Medomceli, et tenent illud homines abatysse Rivuli tinti et laborant illud et dant inde Domino rregi quasi nichilum. Item, dixit quod Dominus Rex habet aliud casale in Baguim de Alffena, et tenet illud occupatum prior Aquarum Sanctarum, et dixit quod Dominus rrex habet multas hereditates in loco qui dicitur Vallis longus supernus, et tenent eas homines ipsius loci et non faciunt inde forum nisi quantum volunt. Et dixit quod in alio loco qui dicitur Vallis longus inferior habet unum casale, et tenent illud homines ipsius loci et non

(1) In apogr. *ullum* legitur.
(2) Var: — *Martiny*.

dant de illo nisi quantum volunt. Et dixit quod de villa que vocatur CAVEDA est inde medietas Dominy rregis, et homines sancti tissy tenent eam totam occupatam et non dant inde Domino rregi nisi quantum volunt. Similiter dixit quod in REVORDANES, in loco qui dicitur CASALE TAURAGO, habet ibi Dominus Rex cortinas et habet inde Dominus rrex fere nichilum. Et dixit quod Dominus Rex non habet terciam partem de quanto debebat habere de jure illarum hereditatum predictarum. Et dixit quod in Sancta Cristina de Cornado tenent rregalengum occupatum homines ipsius loci, et dant inde Domino rregi quasi nichilum. Similiter dixit quod Sanctus Petrus de Cova est Dominy rregis sicut audivit multociens multis bonis hominibus veteribus. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit multociens, quia fuit ex longo tempore Maiordomus tocius ipsius terre. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus si nutriverunt ibi aliquem filium vel filiam alicujus militis, per quos amisisset Dominus Rex jus suum, dixit quod non.

Johannes Petri, Petrus Fernandi, Martinus Michaelis, Martinus Johannis, Dominicus Petri, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se in secreto sicut predicti Michael Johannis.

GUEYFFAAẼS

Hic incipit inquisicio ville que vocatur GUEIFFAES et parrochianorum Ecclesie Sancti Frausti.

Martinus Petri, eiusdem loci, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod XVIII.º casalia, et VII.em sunt Hospitalis, et xj.cim sunt herdatorum et faciunt forum Hospitali quod sint excusati ab omni foro rregali, et non faciunt ullum forum Domino Regi nec Majordomo. interrogatus quare, dixit quod propter privilegium Hospitalis.

Dominicus Petri, Domnus Julianus Johannes Petri, Johaninus, Laurencius Petri, (1) *Martinus Pelagii, omnes* (1) *isti* perhibuerunt predictum testimonyum verbo et verbum quilibet per se in secreto (2) *sicut Martinus Petri supra scriptus.*

CAVEDA

Hic incipit inquisicio ville que vocatur CAVEDA et parrochianorum Ecclesie (1) Sancti Vincencii de Queimadela.

Menendus Subgerii, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod xij.cim et sunt omnia Sancti Tissi. Interrogatus unde habuit ea, dixit quod nescit. Interrogatus si faciunt aliquod forum Domino rregi, dixit quod dant inde annuatim Domino Regi vj. casalia, singulos medios morabitinos de rrenda, et alia vj. casalia dant Domino rregi annuatim singulas quartas maravedi: et dant omnia xij.cim casalia annuatim Maiordomo xxiiij. solidos pro vita: et dant Domino Regi annuatim xij.cim taligas tritici, xij.cim franganos et c.tum et xx. ova. Et dixit quod corpus ville est (2) *Sancti* Tissy et est bene marcatum. Interrogatus quis marcavit illud, dixit quod nescit. Et de toto alio terreno extra villam est medietas Dominy rregis, et alia medietas est sancti tissy. Interrogatus quis fecit ipsam particionem, dixit quod nescit. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod intrat. Interrogatus si nutriverunt vel nutriunt ibi filium vel filiam alicuius Militis, per quos amisisset Dominus Rex jus suum, dixit quod non. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius vel debitor Domini Regis, vel qui fecisset homicidium et non pectavisset illud, dixit quod non. Et dixit quod vineam Martini Capelli de Baguim Alfene est rregalenga et non facit inde ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et dixit quod dant homines ipsius ville terciam et quartam partem omnium fructuum Domino rregi annuatim.

Martinus Petri, et Menendus Subgerii, et Gonsalvus Pelagii et Durandus Gonsalvy, et Petrus Michaelis et Dominicus Menendi (1) et Giraldus Martiny, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se in secreto sicut Menendus Subgerii supra scriptus.

(1) Var: — *Sancti Tissy, Vincencius de Queimadela,* legitur.
(2) deest.

(1) deest.
(2) desunt.

FERRARIAS

Hic incipit inquisicio ville que vocatur FERRARIAS et parrochianorum Ecclesie predicti SANCTI VINCENCII DE QUEIMADELA.

Martinus Petri, ejusdem loci, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod fuerunt xij.cim casalia de veteri, et modo sunt vij.em, et de istis vij.em casalibus sunt inde iiij.or Aquarum Sanctarum, et ij. sunt leprosorum de Alfena: et fuerunt viij.o casalia herdatorum, et solebant dare viij.o denarios de quolibet mense Domino rregi quilibet per se, et singulos palmos ferri. Et dixit quod dabant annuatim Domino rregi singulos ferros aratri, quoniam dixit quod faciebant ibi feiram tocius ipsius (1) ville. Et dixit quod tunc temporis non faciebant feiram in Portu et modo faciunt feiram in Portu, et ideo non faciunt forum sicut antea faciebant. et locus est totus depopulatus, et fuerunt homines inde morari ad (2) alios locos. Interrogatus quare sunt depopulata casalia de quibus faciebant forum Domino rregi, et alia sunt populata, dixit quod nescit. tale forum et talem usum habebant quod quisque qui vellet ire morari ad (3) illum locum, et non relinquebat alium in casali qui faceret forum Domino rregi, dixit quod casale tunc remanebat pro regalengo. Et dixit quod non habebat illud vendere nec donare, nisi tali hominy qui (4) facit istud forum predictum Domino rregi. Et dixit quod illi qui solebant morari in ipso loco fuerunt morari in Alfena et in Aguiar, et in alijs locis, et vadunt laborare et rumpere in ipsis hereditatibus forarijs et non faciunt forum Domino rregi sicut antea faciebant. Et modo non morantur ibi nisi vj. homines et sunt herdatores, et fuerunt facere domos in hereditate leprosorum de Alfena et dant Domino rregi annuatim viij.o denarios quilibet per se. Interrogatus quare fecerunt domos in hereditate leprosorum, cur non faciebant domos ante in hereditate Domini rregis, dixit quod tunc temporis erant melius emparati per leprosos quam per Dominum rregem. Interrogatus si habet ibi Dominus rrex aliquod regalengum, dixit quod in loco

FOLHA LRVIII

qui dicitur BARRARIUS iacent ibi vij.em agri magny, et laborant ipsos agros Martinus Petri, et Johannes (5) Petri, et Vincencius Didaçi, et Johannes Dominici, et Domnus Petrarius de Alfena, et Johannes Johannis de Alfena, (6) *et* (6) *Martinus* (6) *Martini* (6) *de* (6) *Alfena* et Orraquina de Alffena. Et in loco qui dicitur SPINARIUS jacet alius ager, et laborant illum Johannes Martiny, et Johannes Dominici. Et in alio loco qui dicitur LINARE DE LACUNA jacent due leire et laborant illas Johannes Martini et Johannes Dominici. Et (1) *in* alio loco qui dicitur LEIRA FONTIS jacent (2) bone due leire, et laborant illas Vincencius Didaci, et Johannes Dominici, et Martinus Petri, et Orraquina de Alfena, et Johannes Johannis de Alfena. Et in alio loco qui dicitur POMARIUS jacent ibi due leyre, et laborant illas Petrus Petri et Johannes Dominici. Et in alio loco qui dicitur PADROZELOS jacet ibi una leyra, et laborat illam Martinus Petri. Et in alio loco qui dicitur NUGARIA jacet (1) *ibi* unus bonus ager et una leyra et laborant agrum Johannes Martini, et Martinus Petri et (1) *Johannes* Johannis de Alfena et Orraquina de Alfena; et Johannes Dominici laborant ipsam leyram predictam et Dominica de Alfena. Et in alio loco qui dicitur CORREGA DE PORTELLA jacet ibi unus (1) *bonus* ager, et laborant illum Johannes Martiny, et Martinus Gonsalvi de Alfena et Orraquina de Alfena. Et in alio loco qui dicitur PORTELLA jacet ibi unam leiram, et laborat (3) illum Martinus Petri. Et in alio loco qui dicitur LINHARES jacent ibi tres leyre, et laborant illas Johannes Martiny et Orraquina et Domnus Petrarius. Et in alio loco (4) *qui dicitur* CAMPELUS jacet ibi unus bonus ager, et laborant illum Petrus Jabaz et Martinus Dominici de Alfena. Et in alio loco qui dicitur QUINTANA jacet ibi una leira, et laborant illam Johannes Martiny, et Martinus Petri, et Johannes Dominici, et Johannes Johannis de Alfena. Et in alio loco qui dicitur BELIDO jacet ibi unus ager, et laborant illum Johannes Martiny et Martinus Petri et Johannes Johannis de Alfena. Et in alio loco qui dicitur BOUZA PONTIS jacet ibi unus bonus ager, et laborant illum Dominica de Alfena et Martinus Petri, et Johannes Dominici, et Orraquina, et Johannes Michaelis de Alfena. Et de toto isto regalengo dant inde annuatim Domino rregi terciam partem omnium fructuum. Interrogatus si dant porcionem Domino Regi de illis ruptis quas modo faciunt, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et omnes isti herdatores faciunt forum leprosis de Alfena ut sint defenssy ab omni foro rregali. Interrogatus ex quo tempore (5) ex illud forum fecerunt, dixit quod a tempore Domini rregis Sancii, fratris (1) *istius* rregis. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius vel debitor Domini rregis, uel qui fecisset homicidium et non pectavisset illud, dixit quod non. Interrogatus si nutri-

(1) Var: —*terre*.
(2) In apogr.: *illos* legitur.
(3) Lege: *alium*.
(4) Var: —*faceret*.
(5) Var: —*Martini*.
(6) deest.

(1) deest.
(2) Var: —*jacent ibi due bone leire*.
(3) Lege: *illam*.
(4) desunt.
(5) Lege: *eis*.

verunt ibi vel nutriunt filium vel filiam alicujus militis, per quos amisisset (1) *Dominus* (1) *Rex* jus suum, dixit quod non.

Vincencius Didaci, Johannes Martini, Giraldus Fernandi, Stephanus Subierii, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut Martinus Petri supra scriptus.

BAGUIM DE ALFFENA

Hic incipit inquisicio vile que vocatur Baguim de Alfena et parrochianorum Ecclesie predicte Sancti Vincencii eiusdem loci.

(1) *Martinus* (1) *Petri,* (1) *ejusdem* (1) *loci,* juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod viij.º et sunt omnia Aquarum Sanctarum. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod (1) *propter* privilegium Aquarum Sanctarum. Interrogatus si habet ibi Dominus rrex aliquod regalengum, dixit quod in uno loco qui dicitur Costa et Figueiroos jacent ibi tres agri. Et in alio loco qui dicitur Vargado jacent ibi vj. leire, et omnes istas leiras laborant illi homines de Baguim, et dant inde annuatim Domino rregi terciam partem omnium fructuum et non faciunt inde aliud forum. et dixit quod audivit dici Petro Lobaz quod sciebat et quod viderat unam leiram regalengam in ipsa vinea de Baguim, et dixit quod Prior Aquarum Sanctarum dat modo Domino rregi annuatim x. taligas milii vel centeni pro rregalengo quod dicunt quod jacet in ipsa vinea et nesciunt ubi jacet. Interrogatus de Ferrariis, dixit quod vidit ibi intrare Maiordomus qui vocatur Petrus Fafiis. Interrogatus si vadit Dominus rrex ad montem cum illis suis leyris, dixit quod non: vel sy habet jus suum de illis rruptis quas ibi modo rumpunt, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod nescit. et dixit quod in Ferraria habebatur tunc pressum, in quo mitebant Maiordomi pignora que pignorabant in terra, et modo non habet ibi pressum nec pausam. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit et est inde bene certus quod ita fuit. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius vel rrendarius Domini rregis, vel qui fecisset homicidium et nom pectavisset illud, dixit quod non. Interrogatus unde Monasterium Aquarum Sanctarum habuit ipsa predicta casalia, dixit quod nescit. Et dixit (1) *quod* scit quando ipsa Ferraria erat Domini rregis et herdatorum.

Subierius Gonsalvi, et Martinus Menendi, et Pelagius Subierii, et Petrus Menendi, Martinus Petri, Johannes Johannis, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus.

ALFFENA

Hic incipit inquisicio ville que vocatur Alfena et parrochianorum Ecclesie Sancti Vincencii eiusdem loci.

Johannes Johannis, eiusdem loci, juratus et interrogatus, dixit quod tota villa (1) *de* (1) Alfena per medietatem strate ex una parte est terminis Ferrarie, et alia medietas est terminis ville que vocatur Traslecia contra Trasleciam. et dixit quod tota villa Alfene est leprosorum. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino rregi, dixit quod non. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod propter honorem Domni Johannis Petri Madie. Interrogatus de illa hereditate Ferrarie Domini rregis quam laborant ipsi cujusmodi forum faciunt inde Domino rregi, dixit quod dant de quolibet casali viij.º denarios in quolibet mensse. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod nescit. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod non. Interrogatus quare non intrat ibi, dixit quod ex quando Domnus Johannes Petri Madie comparavit ibi illam hereditatem nunquam ibi intravit, et antea semper ibi intrabat, et ipse vidit ibi eum intrare multociens. Et dixit quod ipse cum fratribus ejus dat annuatim viij.º denarios, et Martinus Dominici cum fratribus eius dat annuatim Domino rregi viij.º denarios.

Et Martinus Gonsalvi, et Johannes Michaelis et Domnus Petrarius, perhibuerunt testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus.

(1) deest.

(1) deest.

QUINTAAM

Hic incipit inq*ui*sicio ville q*ue* vocatur Quintana e*t* parrochianor*um* Eccl*es*ie S*anct*i Felicis de Cornato.

Dominicus Stephani, eiusdem loci, juratus et inter*rogatus* cujas est ipsa Ecclesia, dixit q*uod* est Monasterii Rivuli Ti*n*ti. Inter*rogatus* unde h*ab*uit ea*m* vel ex quo t*em*p*or*e, aut q*uo*mo*do* acq*ui*sivit (1) *eam*, dixit q*uod* ex magno temp*or*e h*ab*uit ea*m*, e*t* acq*ui*sivit eam de testamento Do*m*ni Didaci. E*t* dixit q*uod* vidit semper Monasterium presentare ey, e*t* ad presenta*ti*onem ipsius Monasterii Ep*iscopu*s Port*uensis* eum constit*ui*t in eadem. Inter*rogatus* si faciunt in*de* aliq*uod* for*um* D*omi*no rregi, dixit q*uod* no*n*. Inter*rogatus* si debet ibi pausare ille q*ui* tenue*r*it terram, dixit q*uod* no*n*. Inter*rogatus* q*uot* casalia habentur in ip*s*o loco, dixit q*uod* xii.[cim] casalia. Et de istis xii.[cim] casalibus sunt in*de* iiij. Vincencii Curuteli, e*t* duo sunt Domne Marie de Baguim, e*t* duo sunt ip*s*ius Ecclesie, e*t* unu*m* est Hospitalis, e*t* aliud est Aquar*um* Sanctar*um*, e*t* duo sunt S*anct*i tissy. Interrogatus si in*tr*at ibi Maiordomus aut si debe*t* ibi intrare de jure, dixit q*uod* solebat ibi in*tr*are, se*d* m*odo* non intr*at* ibi. Inter*rogatus* q*ua*re no*n* intr*at* ibi m*odo*, dixit q*uod* p*ro*p*ter* Do*m*n*am* Maria*m* de Bagui*m* e*t* p*ro*p*ter* gen*er*um ej*us*. Inter*rogatus* un*de* Ordi*n*es h*ab*uer*unt* (2) *illa* casalia, dixit q*uod* nescit. Inter*rogatus* si ha*b*et*ur* ibi aliq*uod* rregalengum, dixit q*uod* no*n*. Item, dixit q*uod* in villa q*ue* vocatur Arcos habentur x. casalia. Et de istis x. casalibus sunt in*de* iiij.[or] S*anct*i tissy, e*t* unu*m* est de Ceti, e*t* aliud est Pe*tr*i Nunionis de Outiz, e*t* aliud est Monasterii Uluarie, e*t* *tr*ia su*n*t inde Monasterii de Rranduffe. Inter*rogatus* unde Ord*i*nes habuer*un*t illa casalia v*e*l ex q*uo* tempore, dixit q*uod* h*ab*uer*un*t ea de testamentis Militum. Inter*rogatus* si intr*at* ibi Maiordomus, dixit q*uod* intr*at* in casalibus S*anct*i tissy e*t* Ulvarie, e*t* in aliis no*n*. Inter*rogatus* q*ua*re no*n* intrat in aliis sic*ut* in istis, dixit q*uod* p*ro*p*ter* (3) Johanes Go*n*salvi Cabeça e*t* Rodericu*m* Gonsalvi Cabeza e*t* Petrum Que*i*xada, q*ui* defendunt e*t* imparant ea. Inter*rogatus* si ipsi Milites h*ab*ent inde cartam Do*m*ini rregis pe*r* q*ua*m defendunt ea, aut sy ipsa casalia sunt cautata vel onrrata, dixit se nichill in*de* scire. Inter*rogatus* cujusmo*di* for*um* faciunt de ipsis casalibus S*anct*i tissy, dixit q*uod* de q*uo*libet casali dant de renda annuatim Do*mi*no Regi quartam marapitini, e*t* de casali Uluarie dant de rrenda terciam mor*abitini* annuatim Do*mi*no Rregi. Inter*rogatus* si dant vitam Maiordomo, dixit q*uod* non: (1) set quando ve*n*it Maiordomus, si vuult comedere de q*ua*li vita tenet homo, comedit, (2) sine aute*m* recedit. Et dixit q*uod* in alia villa q*ue* vocatur Leandri h*ab*entur ibi x. casalia, e*t* iiij.[or] sunt Sa*nct*i Tissy, e*t* tria sunt Amici Fernandi de Panoyas, e*t* duo s*unt* nepotum Fernandi Gulfar, e*t* al*i*ud est Alfonsi Fernandi cujusdam scutiferis. Inter*rogatus* si intr*at* ibi Maiordomus, dixit q*uod* no*n*. Inter*rogatus* quare, dixit q*uod* est onrrata de veteri. Inter*rogatus* si est onrrata p*er* cartam vel per cautos vel per pendonem Do*m*ini Rregis, dixit q*uod* nescit. E*t* dixit q*uod* audivit dici multocie*n*s multis hominibus veteribus q*uod* una vice in*tr*averat ibi Maiordomus, e*t* Milites ip*s*ius loci inte*r*fecerunt eum p*ro*p*ter* hoc. Et dixit quod in villa q*ue* vocatur Populacio h*ab*entur ibi vj. casalia, e*t* fuer*unt* herdator*um*, e*t* dant quintam partem omnium frutuum Hospitali ut sint deffenssy ab o*mn*i foro rregali. Et dixit q*uod* Ordo Hospitalis comparavit medietate*m* ip*s*ius ville de uxore q*ue* fuit Martini de Guin. E*t* dixit q*uod* audivit dici q*uod* Fernandus Gulffar percussit ibi unum portarium q*uod* fuerat pignorare, e*t* p*ro*p*ter* hoc nu*n*quam ibi postea intr*av*it. Interrogatus unde Ordines habuer*unt* illa casalia vel ex q*uo* tempo*re*, dixit q*uod* de testamentis Militum. Inter*rogatus* si moratur ibi aliq*ui*s homo forarius vel rrendarius Do*m*ini Regis, vel q*ui* fecisset homicidium e*t* no*n* pectavisse*t* illud, dixit q*uod* no*n*. Inter*rogatus* de om*n*ibus alijs articulis, dixit se ni*chil* in*de* scire. Inter*rogatus* quomodo scit omnia q*ue* per*h*ibuit, dixit q*uod* vidit e*t* passus fuit, et est in*de* bene certus q*uod* ita est.

Martinus Gonsalvi, Pet*rus* Suarii, Subierius Go*n*sal*v*i, Do*m*pnus Viv*i*anus, Dom*ini*cus Martini, Pet*rus* Johan*n*is, Martinus Rromany, Dominicus (3) Martini, Petrus Didaci, Giraldus Martini, Martinus Pet*ri*, Johannes Pelagii, Dom*ini*cus Pet*ri*, Joha*nn*es G*o*nsa*l*vi, Martinus Joha*nn*is, Dom*ini*cus Johannis, omnes isti pe*rh*ibuer*un*t predi*ct*u*m* testimonium verbo e*t* verbum q*ui*libet per sse sicut p*ri*mus.

(1) deest.
(2) In apogr. *ipsa* legitur.
(3) Sic. Lege: *Johanem.*

(1) Sic. Lege: *sed.*
(2) Sic. Lege: *sin.*
(3) Var: — *Menendi.*

SANCTA CHRISTINA DE CORNADO

Hic incipit inq*ui*sitio ville q*ue* vocatur Sancta Christina de Cornado e*t* parrochianor*um* (1) *Ecclesie* ejusdem loçi.

S*uerius* Pelagii, juratus e*t* inter*rogatus* cujas est ipsa Ecclesia, dixit q*uod* est Monasterij S*anct*i Tissy, e*t* ad presentaç*io*nem ipsius Monasterij Por*tuensis* Ep*is*co*pu*s priore*m* co*n*stitu*it* in eadem. Inter*rogatus* unde

Sanctus Tissus habuit ipsam Ecclesiam, dixit quod nescit. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod dant inde annuatim Domino Rregi quartam marapitini pro uno homine jugario qui laborat terrenos ipsius Ecclesie. Interrogatus quot casalia habentur in ipso loco, dixit quod octo et sunt inde VII.ᵉᵐ Sancti Tissy, et unum (1) *est* Donne Marie de Baguim. Interrogatus unde Sanctus Tissus habuit ipsa casalia vel ex quo tempore, dixit quod de testamento Militum, et sunt inde tria depopulata. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod dant de duobus casalibus singulas quartas morabitini annuatim Domino Rregi. Interrogatus si dabant illa tria casalia rrendam, dixit quod dabant aliud tantum sicut isti predicti. Interrogatus si habet ibi Dominus rrex aliquod regalengum, dixit quod audivit dici quod habet ibi Regalengum et nescit ubi jacet, et dant pro ipso rregalengo annuatim Domino rregi VIJ.ᵉᵐ quairas milii et messis, et unum franganum, et X. ouua. Interrogatus si intrat

FOLHA LXIX

ibi Maiordomus, dixit quod intrat, et dant Maiordomo ij. denarios in quolibet mensse quilibet per se pro vita, si non vult ipse comedere qualem vitam illi tenent. Et dixit quod in villa que uocatur RIAL habentur ibi iiij.ᵒʳ casalia, et est inde unum Sancti Tissy, et aliud (1) *est Citofacte,* et aliud est Uluarie, et aliud est unius herdatoris. Interrogatus si ipse herdator facit aliquod forum Domino rregi, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Interrogatus unde Ordines habuerunt ipsa casalia uel ex quo tempore, dixit quod nescit. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino rregi, dixit quod non. Interrogatus si intrat Maiordomus in RIAL, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod propter dominium bonum quod habent. Interrogatus si moratur in ipsa collacione aliquis homo forarius uel rrendarius Domini rregis, vel qui fecisset homicidium et non pectavisset illud, dixit quod non.

Martinus Johannis, Petrus Zapata, Petrus Subierii perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per sse sicut Subierius Pelagii.

SAM SALUADOR DE FAGOSA

Hic incipit inquisitio Ecclesie SANCTI SALVATORIS DE FAGOSA.

Laurencius Petri, prelatus eiusdem Ecclesie, juratus et interrogatus cujas est ipsa (1) *Ecclesia,* dixit quod est Sancti Tissy, et ad presentacionem ipsius Monasterii Portuensis Episcopus eum constituit in eadem. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino rregi, dixit quod non. Interrogatus si Dominus Rex habet ibi aliquod jus uel si debet habere, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod XVIIJ.ᵒ, et fuerunt de veteri xxij., et sunt omnia eiusdem Ecclesie et Monasterii Sancti Tissy. Interrogatus unde Sanctus Tissus habuit ea, dixit quod nescit. Interrogatus unde Ecclesia habuit ipsa casalia, dixit quod de testamento Militum. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino rregi, dixit quod XV. casalia dant annuatim Domino rregi singulas quartas morabitini de rrenda, et de istis XV. casalibus solebant inde dare tria casalia singulos medios marapitinos: et tria casalia dant annuatim Domino rregi iij. solidos et medium de rrenda quilibet per se, et solebant dare singulos medios morabitinos. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod intrat, et dant sibi uitam. Interrogatus si habet Dominus Rex aliquod rregalengum in ipsa collacione, dixit quod non. Et dixit quod in una villa que uocatur VILLARES LUCIS habentur ibi iiij.ᵒʳ casalia, et tria sunt Militum et unum est Sancti Tissy. Interrogatus unde Sanctus Tissus habuit ipsum casale uel ex quo tempore, dixit quod nescit. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod propter dominium Militum quod habent. Et dixit quod in alia villa que uocatur (2) FONTALEYTE habentur ibi v.ᵉ casalia, et duo sunt Laurencii Subierii fratris, et tria sunt Sancti Tissy. Interrogatus unde Sanctus Tissus habuit ipsa casalia, dixit quod de testamento bonorum hominum herdatorum. Interrogatus sy faciunt inde aliquod forum Domino rregi, dixit quod de istis v.ᵉ casalibus non sunt populata nisi unum, et dat de rrenda annuatim Domino rregi, quartam morabitini; et de ista alia depopulata solebant dare annuatim aliud tantum quilibet per se. Interrogatus quare sunt depopulata, dixit quod propter malfeytoriam quam ibi fecerunt in tempore Domini Regis Sancii, fratris istius rregis. Interrogatus unde Sanctus Tissus habuit ipsa casalia uel ex quo tempore, dixit quod nescit. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius uel rrendarius Domini rregis, vel qui fecisset homicidium et non pectavisset illud, dixit quod non. Interrogatus de omnibus alijs articulis, dixit se nescire inde nichil.

Johaninus, juratus et interrogatus, dixit quod ipsa Ecclesia de (3) FOLGOSA fuit herdatorum predictorum, et fuit sue auolengue inde medietatem, et quod semper abadabant eam cum abate Sancti Tissy, ergo modo quod iam non vocaverunt ipsos herdatores quando fecerunt istum predictum prelatum. Et dixit quod pater eius Pelagius Grossos fuit herdator et habebat unum casalle in loco qui dicitur MAMOELLA. Et Sanctus Tissus tenet (4) unum casale forçiatum, et non dat inde

(1) deest.

(1) desunt.
(2) In apograph. *Port. Mon. Hist.* FONTALCYCE legitur.
(3) *Sic.*
(4) Lege: *ipsum.*

(1) nichilum filiis suis *qui* sunt herdatores, *nec* faciunt in*de* forum *Domino* rregi, q*uod* avus eius facere solebat. Interrogatus cujusmod*i* forum faciebat inde avus eius Domino rregi, dixit q*uod* pectabat vocem et calupnyam, *et* dabat rrendam annuatim *et* vitam Maiordomo, et faciebat totum aliud forum sic*ut* alii herdatores faciunt ipsius terre. Inter*rogatus* ex q*uo* temp*ore* *Sanctus* Tissus tenet ips*um* casalle forciatum, dixit q*uod* ex temp*ore* Dom*ini* rregis *Sancij*, fra*tr*is istius rregis.

Matheus Petri, *Petrus* Johann*is*, Subgerius Menendi, Pet*rus* Petri, Pelagius Gonsalvi, Johann*es* Subgerii, Gonsalvus Petri, Johaninus, *omnes* isti *per*hibuer*unt* predic*tum* testimonium verbo *et* verbum *qui*libet *per* se sic*ut* Laurentius Pet*ri* prelatus.

SAM MAMEDE DE CORNADO

Hic incipit inquisitio ville Sancti Mametis de Cornado *et* parrochianor*um* ejusdem Eccl*es*ie.

Johann*es* Fernandy, prelatus eiusdem Eccl*esi*e, juratus *et* interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit q*uod* est filiorum *et* nepotum Martiny Gonsalvy de Rramata, *et* ad presentat*i*onem ipsorum Port*uensis* Episcop*us* eum constituit in eadem. Inter*rogatus* si habet ibi *Dominus* rrex aliq*uod* jus vel debet habere, dixit q*uod* audivit dici Do*mpno* Martino, cuida*m* fr*atr*i Ulvarie, q*uod* ista Ecclesia Sancti Mametis de Cornado erat in*de* medietas Dom*in*i Rregis, *et* dixit quod ipse frater dixerat q*uod* (2) vid*era*t medietate*m* ipsius Eccl*es*ie quando erat D*omini* rregis. Inter*rogatus* si faciunt inde aliq*uod* forum Do*min*o rregi, dixit q*uod* no*n*. Inter*rogatus* q*uot* casalia *hab*entur in ipsa villa, dixit q*uod* v.^e^ *et* sunt inde duo *Sancti* Tissi. Inter*rogatus* unde *hab*uit ea, dixit q*uod* nescit. E*t* unum est Pet*ri* Nuniz de Outiz, *et* aliud e*st* Orrace Martini, *et* aliud e*st* *Sancti* Rromany de Vermuy. Inter*rogatus* un*de* *Sanctus* Rromanus habuit ipsum casale, dixit q*uod* nescit. Inter*rogatus* si int*ra*t ibi Maiordomus, dixit q*uod* intrat in illis t*r*ibus casalibus *Sancti* Tissy *et* *Sancti* Rromany, *et* da*n*t sibi vitam. Inter*rogatus* quare no*n* int*ra*t in illis duobus casalibus, dixit q*uod* p*ro*p*te*r domin*i*um Militum q*uod* habent. Inter*rogatus* si faciunt inde aliq*uod* for*um* Do*m*ino Rregi, dixit q*uod* duo casalia dant annuatim Do*m*ino Rregi singulas q*uartas* de morabitino de rrenda, *et* aliud dat iij. s*olidos* *et* *medium* de renda; *et* unum illor*um* *Sancti* Tissy solebat dare medium mor*abitinum*. Inter*rogatus* si hab*et* ibi Dom*inus* Rex aliquo*d* Regalengum, dixit q*uod* no*n*. E*t* dixit q*uod* in alia villa q*ue* dicit*ur* Bertus *hab*ent*ur* ibi duo casalia. *et* unum est Do*mpne* Ma*ri*e de Bagui*m*, *et* aliud est Laurencii Subierii fr*atr*is, *et* fuit Monasterii de Sendim *et* faciebat for*um* Domino rregi. Interrogatus si int*ra*t ibi Maiordomus, dixit q*uod* non. Inter*rogatus* quare, dixit q*uod* p*ro*p*te*r Laurencin*um* Subgerii q*ui* fecit ibi unam domum. Et in alia villa q*ue* dicit*ur* Fontes *hab*e*n*tur ibi viij. casalia *Sancti* Tissy *et* sunt depopulata. Inter*rogatus* unde *hab*uit ea, dixit q*uod* nescit. Interrogatus si solebant facere aliq*uod* for*um* Do*min*o rregi, dixit q*uod* dabant annuatim Do*min*o Regi singulas quartas mor*abitini* de rrenda. Et aliud casale e*st* Rroderici Gons*al*vi Zancade, *et* aliud e*st* Monasterii Ulvarie *et* dat de rrenda Dom*in*o Rregi annuatim q*uartam* mor*abitini*. Inter*rogatus* unde habuit illud, dixit q*uod* de testamento bonorum hominu*m* herdatorum. Inter*rogatus* si int*ra*t ibi Maiordomus, dixit q*uod* int*ra*t. Et dixit q*uod* in alia villa q*ue* vocat*ur* Villar *hab*ent*ur* ibi v.^e^ casalia, *et* duo sunt inde *Sancti* Tissy. Inter*rogatus* unde habuit ea, dixit q*uod* de testamento Militum. E*t* unum istorum casalium dat de rrenda annuatim Do*m*ino Rregi iiij. s*olidos*. E*t* aliud casale est Cito-facte. Inter*rogatus* unde *hab*uit illu*d*, dixit q*uod* nescit. Et aliud casale est Gonsalvi Martiny de Travanca, *et* aliud e*st* *Sancti* Tissy. Inter*rogatus* unde *hab*uit illud, uel ex q*uo* temp*or*e, dixit q*uod* nescit. Et aliud est Citofacte. Inter*rogatus* un*de* *hab*uit illud uel ex q*uo* temp*or*e, dixit q*uod* nescit. Et aliud est Valasci Pime*n*telli. Inter*rogatus* si faciunt in*de* aliq*uod* foru*m* Do*m*ino Regi, dixit q*uod* unum casale *Sancti* Tissy dat de rrenda annuati*m* Do*m*ino Rregi iiij.^or^ s*olidos*. Inter*rogatus* si int*ra*t ibi Maiordomus, dixit q*uod* no*n*. Inter*rogatus* quare, dixit q*uod* p*ro*p*te*r domin*i*um Militum q*uod* habent. Et dixit q*uod* in alia villa que vocatur Lila *hab*entur ibi duo casalia, *et* unu*m* est *Sancti* Tissi, *et* aliud est *Sancti* Rromani de Vermuy. Inter*rogatus* unde habuerunt ea, dixit q*uod* nescit. E*t* dant ista casalia annuatim Do*m*ino Rregi singulas q*uartas* marabitini de rrenda, *et* dant vita*m* Maiordomo. E*t* dixit q*uod* in Villa Viride *hab*entur ibi vj. casalia, *et* sunt inde v.^e^ Militum, *et* unum est *Sancti* Tissi. Inter*rogatus* unde *hab*uit illu*d*, dixit q*uod* nescit. Inter*rogatus* si faciunt in*de* aliq*uod* forum Do*m*ino Rregi, dixit q*uod* non. Inter*rogatus* si int*ra*t ibi Maiordom*us*, dixit q*uod* non. Inter*rogatus* quare, dixit q*uod* p*ro*p*te*r Milites illius quintane. E*t* dixit q*uod* in loco q*ui* dicit*ur* Casalf Subgerii *hab*entur ibi t*r*ia casalia, *et* sunt inde duo Sancti Tissy *et* unum e*st* herdatorum. Inter*rogatus* si faciunt inde aliq*uod* forum Do*m*ino Regi, dixit q*uod* no*n*. Interrogatus si int*ra*t *ibi* Maiordomus, dixit q*uod* no*n*. Inter*rogatus* quare, dixit q*uod* p*ro*p*te*r predic*tos* Milites illius quintane. E*t* dixit q*uod* in alio loco q*ui* dicit*ur* Casale *hab*entur quat*u*or casalia, *et* sunt in*de* duo *Sancti* Tissy, *et* alia duo s*unt* in*de* Militum. Inter*rogatus* si faciunt in*de* aliq*uod* for*um* Do*m*ino Regi, dixit q*uod* unu*m* casalle *Sancti* Tixy dat annuatim Do*m*ino Regi de rrendam q*uartam* mor*abitini*, (1) *et* de

(1) Lege: *et non dant inde nichilum.*
(2) Deturpat.

(1) deest.

aliis non faciunt ulum forum. Interrogatus quare non faciunt forum de omnibus alijs sicut de illo uno, dixit quod nescit. Interrogatus si habetur ibi aliquod Rregalengum, dixit quod sic, et dant inde annuatim Domino Rregi duos buzenos panis et iiij.or franganos de Regalengo. Interrogatus ubi jacet illud Regalengum, dixit quod nescit. Et dixit quod in LORDELLO habentur ibi vij.tem casalia, et sunt inde duo Dompne Marie de Baguim, et duo (1) sunt Laurencii Subgerii fratris, et tria sunt Sancti Tissy. Interrogatus unde habuit ea, dixit quod nescit. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod duo casalia Sancti Tissy dant de rrenda Domino Rregi medium morabitinum annuatim quilibet per sse. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod intrat. Et in alia villa que vocatur MUNDONES habentur ibi viij.º casalia, et sunt inde vj. casalia Sancti Tissy. Interrogatus unde habuit ea, dixit quod nescit. Et unum casale est Monasterij de Landim. Interrogatus unde habuit illud, dixit quod nescit. Et aliud est Rroderici Zancade. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod non. Et dixit quod non faciunt ulum forum Domino Rregi. Interrogatus quare, dixit quod propter dominium Militum quod habent. Interrogatus si habetur ibi Dominus Rrex aliquod Rregalengum, dixit quod in VILARI, in loco qui dicitur PEDAÇO, jacent ibi due leyre; et in alio loco qui dicitur LAURARIUS jacent ibi ij. leyre; et in alio loco qui dicitur SUPERVALLUM jacent ibi due leire; et in alio loco qui dicitur MUZAS jacent ibi tres agri; et in alio loco qui dicitur CODESSIDO jacet ibi una leyra; et in alio loco qui dicitur CEPA jacet ibi alia leyra; et in alio loco qui dicitur RREGOS jacet ibi alia leyra; et in alio loco qui dicitur TEMPORANUS jacet ibi alia leira; et in alio loco qui dicitur (2) SANTOS jacent ibi due leyre; et in alio loco qui dicitur TERCIAS jacet ibi alia leyra et unus cabeceirus; et in alio loco qui dicitur SCANARIUS jacent ibi due leyre; et in alio loco qui dicitur MONS jacet ibi alia leira et nescit ubi jacet et dant inde annuatim Domino Rregi medium quairam panis. Et in alio loco qui dicitur BRETO jacent ibi due leyre. Et in alio loco qui dicitur FONS jacet ibi alia leyra, et dixit quod de toto hoc Rregalengo predicto dant terciam partem omnium fructuum, et dant Maiordomo annuatim XXX. solidos de oferecione; et laborant hoc Rregalengum homines Militum et Ordinum. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius uel rrendarius Domini Rregis, uel qui fecisset homicidium et non pectavisset illud, dixit quod nom. Et dixit quod in RUA DE GATIS jacent due leire Domini Rregis in loco qui dicitur AGRA DE SOUTO contra SANCTAM OVAYAM.

Et dixit de SANCTA MARIA DE ALVARELLOS quod audivit dici hominibus qui sciebant veritatem et clericis Dompno Michaeli (1) et Subgerio Nigro qui dicebant quod sciebant pro veritate quod SANCTA MARIA DE ALVARELLOS erat Dominy Rregis, et qui viderant colligere Dominum Rregem cum isto responsso — TUA EST POTENCIA, TUUM REGNUM, DOMINE — et quod dabant inde annuatim Domino Rregi VII.em mundas et VII.em travas et unum pectarum agnum et

FOLHA C

unam capam nigram de grisam, et levabant totum istud forum ad incruziladas parietarum rrubiarum quod est rregalengum.

Petrus Marselus (1) dixit quod FONS DE BRETO nascitur in Rregalengo Domini Rregis, et alia FONS VILARINY vadit per Rregalengum Domini Rregis, et nolunt homines ipsius ville quod rreguent inde Regalengum.

Dominicus Menendi, Petrus Michaelis, Subgerius Gonsalvi, Dominicus Gonsalvi, Dominicus Nuniz, Petrus Petri, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut Johannes Fernandi et sicut Petrus Murzelus.

MAMOA SAM ROMAAÕ DE CORNADO

Hic incipit inquisitio Ville que vocatur MAMONA SANCTI ROMANY DE CORNADO et parrochianorum Ecclesie ejusdem loci.

Martinus Johannis, prelatus eiusdem Ecclesie, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Monasterij Palacioly Sause et Laurentij Martiny de Travanca, et ad presentationem ipsorum Portuensis Episcopus eum constituit in eadem. Interrogatus si habet inde cartam presentacionis uel confirmacionis, dixit quod nom. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod nom. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod v.e et sunt tria Sancti Tissy. Interrogatus unde habuit ea, dixit quod nescit. Et duo sunt Monasterij de Landim. Interrogatus unde habuit ea, dixit quod nescit. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod dant Domino Rregi annuatim quartam morabitini de rrenda quilibet per se, et dant omnes insimul Maiordomo annuatim quartam morabitini. Et dixit quod in villa que vocatur ARCA habentur ibi tria casalia, et sunt duo casalia et medium Sancti Tissy et Uluarie, et medium casalis est Laurencii de Travanca. Interrogatus unde ipsa Monasteria habuerunt ipsa casalia, dixit quod nescit. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod dant annuatim Domino Rregi quartam morabitini de renda quilibet per se, et dant

(1) deest
(2) Lege: SAUTOS.

(1) deest.

vitam Maiordomo. Et dixit *quod* in loco qui *dicitur* Rriparius *habentur* ibi *tria* casalia, *et* sunt duo ipsius *Ecclesie*, et aliud (1) *est* *Sancti* Tissy. *Interrogatus* unde *Sanctus* Tissus *et* *Ecclesia* *habuerunt* ipsa casalia, dixit *quod* nescit. *Et* dixit *quod* in Rua de Gatis *habentur* ibi viii.° casalia *et* *medium* *et* sunt *inde* *tria* Laurencij de Travanca, *et* aliud est *Marie* *Gonsalvi* *cujusdam* herdat*ricis*, *et* *tria* sunt *Sancti* Tissy *et* medio casalio est Pelagii *Gonsalvi* herdatoris. *Interrogatus* unde *Sanctus* Tissus *habuit* ipsa casalia, dixit *quod* nescit. *Interrogatus* si faciunt *inde* *aliquod* *forum* *Domino* Rregi, dixit *quod* de Casali *Marie* *Gonsalvi* dant annuatim *Domino* Rregi *quartam* *morabitini* de rrenda. *Interrogatus* quare casalia *Sancti* Tissy *non* dant rrendam *Domino* Regi, dixit *quod* *propter* Laurentium *Martini* de Travanca *qui* defendit ea. *Et* dixit *quod* de medio casali Pelagii *Gonsalvi* *non* facit forum. *Interrogatus* quare, dixit *quod* *nunquam* fecit. *Interrogatus* si intrat ibi Maiordomus, dixit *quod* intrat. Interrogatus si habetur ibi *aliquod* Regalengum, dixit (1) *quod* in loco *qui* dicitur Junçaria *habetur* ibi unus magnus *ager*: et in alio loco *qui* dicitur Ager monacorum jacent ibi tres leire: et in alio loco *qui* *dicitur* (2) Leytas jacet ibi una leira: et in alyo loco qui *dicitur* Correga jacet ibi unus *ager*, *et* est (1) *inde* medietas Monasterii de Landim: et in alio loco *qui* *dicitur* Sancta Ovaya jacet ibi alia leira: et in loco *qui* *dicitur* Razemundi jacet ibi unus *ager*: et in alio loco *qui* *dicitur* Golia jacet ibi una leyra: et in alio loco *qui* *dicitur* Mouta jacent ibi due leire: et in alio loco *qui* *dicitur* Corredoyra jacet ibi una leira: et in alio loco *qui* *dicitur* Pomarius jacet una leyra: et in alio loco subtus Rua de Gatis jacet ibi unus rressius: et *in* alio loco *qui* *dicitur* Fravegas jacet una leira: et in alio loco *qui* *dicitur* Pozą jacent due leyre: et in alio loco *qui* *dicitur* Lagenas jacet un*us* ager: et in eodem termino, in loco qui *dicitur* Super domum Dominici Petri jacet una leyra: et in alio loco qui *dicitur* Paredes jacet una leira: *et* *ante* portas *Mamone* jacet una leyra: et totum hoc *predictum* Rregalengum labor*ant* hom*ines* istius collaciones *et* sunt hom*ines* Militum *et* Ordinum, *et* dant inde annuatim *Domino* Rregi vij. *quairas* panis: et si Maiordomus Terre nolu*erit* istas vij. quairas, debent dare terciam *partem* omn*ium* fructu*um*. E*t* jacent in Outario *in* agra super savugarium iiij.^or leire, *et* dant *inde* annuatim Judici Madie j. modio panis. *Interrogatus* quare da*nt* Judici istum pane*m*, dixit *quod* tenet ipsas leiras in prestimonio. *Interrogatus* si moratur ibi aliq*uis* homo forarius *uel* rrendarius *Dominy* Regis, *uel* *qui* fecisset homicidium *et* *non* pectavisset ill*ud*, dixit quod nom.

Pet*rus* *Gonsalvi*, Ste*phanus* Martini, Pet*rus* *Murzely*, Ste*phanus* (1) Martini, Joh*annes* Martini, Laurencius *Gonsalvi*, Gonsalvus Martini, *omnes* isti *perhibuerunt* predic*tum* testimonium verbo *et* verbum *quilibet* *per* se sicut *primus*.

COUELLAS

Hic incipit inq*uisitio* ville *que* uocatur Couellas *et* parrochianor*um* *Sancti* Martini eiusdem loci.

Martinus Petri, capelanus eiusdem Ecclesie, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est sufraganea Palacioli. Interrogatus si faciunt (2) *inde* aliquod forum Domino Rregi, dixit quod dant inde annuatjm Domino Regi j. morabitinum de rrenda. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa vila, dixit quod xx.[ti] casalia et sunt omnia Palacioli et nescit unde habuit ea. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod jacet in cauto Palacioli. Et dixit quod omnia ista casalia supradicta non ausabant venire cum suis ganadis ad terminum de Agujar si ante se non advenirent cum Maiordomo de Agujar, et modo nom faciunt sic. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et dixit quod in Christimir habentur ibi vij. casalia, et sunt inde vj. casalia Pallacioli et nescit unde habuit ea, et unum est Hospitalis et nescit unde habuit illud. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod vj. casalia dant de rrenda annuatjm Domino Rregi unum morabitinum et quarta quilibet per se, et singulos cabritos, et singulas (1) galjnhas et (3) ij. oua, et omnes insimul una quarta de manteyga. Et in Sancta Columba habentur ibi vj. casalia, et sunt omnia Palacioli et nescit unde habuit ea. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod nom, quoniam jacet in cauto Palacioli. Et dixit quod in Recarey habentur ibi XIX. casalia, et duo sunt Palacioli, et unum de istis casalibus dat de rrenda medium morabitinum, et aliud casale dat quatuor denarios, et unum comparavit de uno herdatore et sunt adhuc VJ. anny de rrenda elapssy, et aliud habuit de testamento; et unum est Johannis Gonsalvi Morarie, et dat de rrenda medium morapitinum annuatjm Domino Rregi; et quinque casalia sunt Portuensis Episcopi et nescit unde habuit ea, et dant omnes jnsimul VJ. (1) marauedijs et (1) meyo de rrenda, et v. cabritos et v. (1) galjnhas, et unum buzenum tritici, et ij. gallinas et decem oua, et (4) meyo alqueire butiri; et tria sunt de Ceti, et nescit unde habuit ea, et dant de rrenda annuatjm Domino Rregi unum morabitinum et quarta quilibet per se, et dant inde unum casale unum cabritum et una galjna jn quo moratur Domnus Salvador; et duo sunt Johannis de Pauia, et dant de rrenda ambo insimul j. morabitinum; et unum casale est Anrici Fernandi, et dat de rrenda medium morabitinum; et duo sunt ipsius Ecclesie et nescit unde habuit ea, et unum de istis casalibus dat de rrenda xviij. solidos, et aliud casale dat quartam morabitini de rrenda annuatjm Domino Rregi; et duo casalia Martini Canelas dant de renda ambo jnsimul unum morapitinum annuatjm Domino Regi. Et in Bustelo habentur ibi quatuor casalia et sunt de Ceti et nescit unde habuit ea, et dant de rrenda annuatjm Domino Rregi jnsimul iij. morabitinos. Et in Teroynas habentur ibi viij.[o] casalia Dominj Rregis, et unum est Portuensis Episcopi sine ista octo casalia Domini Rregis, et hoc casale Episcopi non dat de rrenda quoniam fuit sacatum de illis casalibus Episcopi quod dant rrenda; et dixit quod VJ. casalia Dominj Rregis dant de rrenda (1) *annuatim* Domino Rregi XJ. solidos (1) *et* iij. denarios, et debebant dare (5) xxij. solidos et medium, et duo casalia dant de rrenda singulas quartas morabitini, et dant omnes jnsimul duas livras de cera annuatjm, et iiij.[or] espatulas porçi cum x. costis, et solebant dare VIIJ.[o] spatulas et iiij.[or] taligas tritici, et unum almude butiri, et quatuor capones et iiij. galjnas, et lxxx. oua, et dant quartam partem omnium fructuum: et sunt viij. casalia, et nom dant forum nisi forum de iiij.[or] casalibus. Isti sunt terminy Rregalenguj de Teroyas: et incipitur per xaxeum de chanarya; dejnde ad picotum de roteis; dejnde quomodo vertit aquam; dejnde ad xaxeum basarum: dejnde (1) *ad* finem uallis penne; dejnde ad petram cissam; dejnde

(1) *Sic.*
(2) deest.
(3) *bis.*

(1) deest.
(2) x. *plicat.*
(3) desunt.
(4) *Sic.*
(5) *bis.*

ad rregariam de cachoo; dejnde per medium vallem ad finem vallis quomodo vertit aquam; dejnde ad cavadas de Barrosa; dejnde ad finem de valle mala quomodo vertit aquam; dejnde ad Saxeum de Chanaria: et in istis terminis intravit Martinus Pequeno et eius filius et filiavit de isto Regalengo, et arrancavit inde marcos et laborat illud, et non dat inde porçionem nec facit ullum forum Domino Rregi; et similiter capit aquam que nascitur in Rregalengo et defendit eam hominibus Dominj Rregis.

Menendus Petri, Petrus Pelagii, Domjnicus Maurus, dixerunt quod Palaciolus dat annuatjm Domino Rregi duas partes collecte.

Martinus Fernandi, Domjnicus Maurus, dixerunt quod dat collectam integram, et filiavit de ipso Rregalengo et non dat inde porcionem Domino Rregi.

Domjnicus Petri, Petrus Subierii, (1) dixit sicut Domjnicus Maurus de collecta.

Martinus Johannis, Johannes Menendi, dixerunt sicut Domjnicus Maurus de collecta.

Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit.

Fernandus Menendi, Domjnicus Maurus, Martinus Maurus, Pelagius Petri, Gonsaluus Maurus, Petrus Maurus, Petrus Maurus Guedaz (2) *omnes isti dixerunt sicut primus.*

CASTELLO DE AGUYAR

Hic incipit inquisiçio homines Castelli de Aguiar et parrochiany Ecclesie Sancti Rromany eiusdem loci.

Martinus Fernandi, juratus et interrogatus cuias est ipsa Ecclesia, dixit quod est Dominj Regis et ad presentaçionem Dominy Rregis Portuensis Episcopus priorem Rrodericum Martiny constituit in eadem. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod dant (1) *inde* Domino Rregi annuatjm terciam marabitini de rrenda. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa vjlla, dixit quod xxiij. casalia et sunt omnia Dominj Rregis. Interrogatus cuiusmodi forum faciunt (1) *inde* Domino Rregi, dixit quod dant inde Domino Rregi annuatjm xxiij. bracales de vij. varas bracalis, et dant in prima die Madij xiij. livras de cera, et in die Natalis Domjny dant xi. livras et mediam de cera, et dant viij. morabitinos veteres de rrenda cum illis x. solidis Ecclesie, et dant collectam una vice jn anno si venerit ibi diues homo comedere illam, et si non venerit ibi ex festo Sancti Michaelis avancius, non dabunt ey nichil. Et talis est collecta: xj. fogacias et mediam de iij. alqueires fogaciam, et v. quartas viny, et j. porcum de unum morabitino, et j. carnarium et xj. (2) galljnhas; et dant adubo de manteyga et de ouis et de alijs et de cebolibus pro illo porco et pro illo carnario et pro illas (2) gallinhas. Interrogatus cujusmodi forum faciunt de flumine Sause, dixit quod de Bico usque portum dant terciam partem lamprearum quas ibi mactaverjnt, et de portu usque Saxeum dant medietatem lamprearum quas ibi mactaverjnt. Et est hospicium Divitis hominis. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod nom. Interrogatus si debent guardare castellum, dixit quod si Dominus Rex habuerit guerram debent illud guardare. Interrogatus sy (3) faciebant castellum si ceciderit, dixit quod non; vel si debent ire in anuduua vel in hoste, dixit quod nom. Interrogatus de terminis istius ville, dixit quod incipitur in loco qui dicitur Bico; dejnde per finem de seira de castenizali, et vadit ad forum de armada; dejnde per finem de serris ferreginetes quomodo vertit aquam contra castellum et topat in (3) portu; dejnde per riparium canalis osse sicut vadit topare (2) *in riale*; dejnde ad finem de (4) figueiroo; dejnde ad portellam Sancti Saluatoris de Recarey quomodo vertit aquam; dejnde ad carregam de Lauredo; dejnde ad portellam sartaginis; dejnde ad finem de bedonis maioribus; dejnde ad saxeum de senrela; dejnde ad lausadam; dejnde ad portelam saxii; dejnde per (5) spicuna de monte agudo quomodo vertit aquam; dejnde per vallem catelle; dejnde ad mamonam de brandiam; dejnde ad finem serre de azoribus quomodo vertit aquam; dejnde vadit topare in Bico. (6) *Et* in isto termino intus fecit ibi Domnus R. Ermigii j. casale, et Martinum Sancii aliud jn tempore Domini Regis Sançii fratris istius Rregis, et illa hereditas erat corelacta per istos xxiij. casales supradictos; et concilium de Aguiar rrefertavit semper istam hereditatem, et illi qui laboraverunt istam hereditatem nunquam inde fecerunt ullum forum Domino Rregi nec concilio. Interrogatus si Dominus Rrex posset ibi facere magis casalia quam illa, dixit quod non. Interrogatus si moratur ibj homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit.

Petrus Martini, Martinus Sancij, Johannes Petri, Menendus Maurus, Domjnicus Pelagii, Domjnicus Johannis, Menendus Sarrazini, Martinus Pelagii, Durandus Fernandi, Johannes Michaelis, Stephanus Domjnici, Salvator Martiny, Martinus Johannis (2) *omnes isti dixerunt sicut primus.*

(1) deest.
(2) *Sic.*
(3) Lege: *facierunt.*

(1) Lege: *dixerunt.*
(2) desunt.
(3) Var: — *in porta.*
(4) Var: — *salgueiroo*
(5) Var: — *spicam.*
(6) deest.

COUTO

DO

MOESTEIRO DE CETE

Hic incipit inquisicio homines Cauti Monasterii de Ceti et parrochiany eiusdem loci.

Martinus Menendi, eiusdem locy, juratus et interrogatus cuiusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod dat Monasterium annuatjm terciam collecte Domino Rregi. Interrogatus quot casalia habentur in ipso cauto, dixit quod sunt xxvj. casalia, et sunt xxij. casalia de Cety et iiij.^or sunt Palacioli, et nescit unde habuerunt ea. Interrogatus si moratur ibi homo forarius vel rrendarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit.

Petrus Alfonssy, Johannes Pelagii, Simeon Maurus, Domjnicus Menendi, Petrus Pelagii, Michael Egee (1) *omnes isti dixerunt sicut primus.*

MOESTEIRO DE BENDOMA

Hic incipit inquisicio Monasterij de Bendoma.

Petrus Subierij, juratus et interrogatus de Bendoma cuius est ipsum Monasterium, dixit quod est Dominj Rregis. Interrogatus quot casalia habentur in ipso cauto ipsius Monasterij, dixit quod sunt xxvij. casalia, et sunt xxj. casalia Monasterij. Interrogatus cujusmodi forum faciunt Domino Regi, dixit quod dant de rrenda de quolibet casali Domino Rregi quinque solidos et v.^e denarios quilibet per se, et dant istam rrendam pro paschis et pro cindere lenam extra cautum. Interrogatus quis cautavit ipsum Monasterium, dixit quod Dominus (1) *Rex Alfonsus* veterryssimus cautavit illud per suas cartas. Et vj. casalia dant de renda iiij. solidos et medium quilibet per se. Item, et pro Rregalengo quod est terminum de Baltare et laborant ilud dant annuatjm quilibet per se ij. solidos et iij. dennarios, et dant omnes simul iij. galljnas et xxx. oua, et dant medietatem milij et terciam centeny. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod nepotes Gonsaluj Morta, et nepotes Subierij Spessandi erant forarij (2) aeres; (3) et dixit quod Pelagius Petri et Marya Johannis uxor eius, qui morantur in cauto, fecerunt se malados Petri Garsie, et chamant se pro suis hominibus, et cautum Monasterij est destructum per illos. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit.

Domjnicus Alffonssy, Petrus Pelagij, Martinus Pelagii, Domnus Stephanus, Johannes Garsie, D. Pelagij (1) *omnes isti dixerunt sicut primus.*

COUTO

DO

MOESTEIRO DE VILLELLA

Hic incipit inquisicio Cauti Monasterii Villele et parrochianorum eiusdem Monasterij.

Vincencius Petri, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxiij. casali, et sunt inde xxj. casalia ipsius Monasterij; et duo casalia sunt Dominj Rregis, et habentur ibi xiiij.^or focos herdatorum et non faciunt ulum forum Domino Rregi. Interrogatus quare, dixit quod nunquam fecerunt. Interrogatus unde Monasterium habuit ipsa casalia, dixit quod nescit. Interrogatus cuiusmodi forum faciunt de illis duobus casalibus Dominj Rregis, dixit quod dant annuatjm Domino Rregi unam spatulam cum ix. costis et com pede, et duas taligas centeny. et iij. (2) galjnhas, et xiiij. varas bracalis, et unum cabritum, et (4) una quartam de alqueire butiri, et x. oua, et unum patum de pedida quolibet per se, et dant terciam partem panis; et non pectant vocem nec homicidium quoniam dixit quod jacent in cauto Monasterij Villele. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo fo-

FOLHA CXXIIIJ

rarius, dixit quod non. Et dixit quod in Conciario in ipso cauto moratur ibi unus herdator filij Menendi Gon-

(1) deest.
(2) *Sic.*

(1) desunt.
(2) i. e: *aerearum.*
(3) deest.
(4) *Sic.*

salvi, et dat annuatim Domino Rregi unum (1) sesteyro panis, et una (2) galjnha, et x. oua. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit.

Domjnicus Gonsalui, Vincencius Petri, Petrus Petri, Alfonsus Petri (1) *omnes isti dixerunt sicut primus.*

SANCTA MARIA DE DUAS EGREIAS

Hic incipit inquisicio Ecclesie Sancte Marie Duarum Ecclesiarum.

Petrus Johannis, juratus et interrogatus cuias est ipsa Ecclesia, dixit quod est Monasterij Villele et herdatorum, et habuit Villele suum quinionem de testamento unius herdatoris. Interrogatus sy faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod nom. Interrogatus quot casalia habentur in Barro, dixit quod viij.°, et unum casale est Bendoma et nescit unde habuit illud; et aliud est Villele et habuit illud de testamento; et aliud est Domne Orrace; et iiij.or sunt herdatorum, et dant de rrenda annuatjm Domino Rregi inde duo casalia ij. marabitinos, in quibus morantur filij et nepoti Subierii Morta; et aliud casale quod fuit Menendi Perri dat unum morabitinum minus quartam; et aliud casalle in quo moratur Domnus Stephanus dat quartam morapitini; et dant omnes iiij.or insimul iiij.or spatulas porci com ix. costis et com pede, et iiij.or taligas centeny, et iiij.or centeny, et iiij.or capones, et (3) xl oua, et iiij.or cordarius, et tres cabritos, et iiij.or gallinas, et vj. oua, et viij. denarios pro manteiga. Interrogatus si habetur ibi aliquod Rregalengum, dixit quod in uno loco qui dicitur Cabrones jacet ibi unus campus; et in alio loco qui dicitur Casalia jacet ibi una leyra; et in casalle Godina jacet alia leira; et in fine casalle Gudina alia (4) *leira*; et in lama dangueira alia leyra magna; et in agro mediano et linare longo due leyre; et in fundo de linare (4) *longo* alia leyra; et in fine de agro mediano alia leyra; et in agro bovis alia leyra; et subtus valum alia leyra; et in fine de liiz alia leyra; et subtus casam Donne Heisco alia leyra; et in chausis alia leyra; et in Rabazali alia leyra; et in quebrada circa rigum alia leyra; et in devesa (2) duas leyras: et hoc Rregalengum laborant illud ista predicta iiij.or casalia, et dant inde annuatjm Domino Rregi medietatem milij et terciam partem centeny; et in (5) Razim jacet ibi unus ager; et in Vinal unum cortinale, et laborat istum cortinalem homo de Bendoma, et dat inde medietatem partem panis, et unum caponem et x. oua, et iiij.or varas bracalis; et in Agrella habetur ibi unum casalle Dominj Rregis, et dat de rrenda unum morabitinum annuatjm Domino Regi, et unam spatulam cum ix. costis com pede, et unam taligam centeny, et duos capones, et ij. (2) galljnhas et xx. oua, et x. varas bracalis, et unum cordarium, et unum cabritum si habuerit capram, et unam teeygam centeny, et terciam partem panis; et in alio loco qui dicitur Villa habentur ibi tria casalia, et duo sunt Vilelle, et nescit unde habuit illa, et unum est herdatorum et dat unam gallinam, unam ansarem et x. oua de hereditate de Aboboreyra quam laborant; et in alio loco qui dicitur Casal habetur ibi unum casale et est Villele, et habuit ilud de testamento, et non dat nichilum quoniam jacet in cauto; et in Quintanelis et in Souereyra habentur ibi viij.° casalia et sunt omnia Villele et nescit unde habuit ea. Interrogatus si habetur ibi aliquod Rregalengum, dixit quod extra cautum, in loco qui dicitur Revorido habentur ibi due vinee, et sunt Donny Estephani et Subierij Johannis et sunt homines Villele, et dant inde terciam partem vini; et in Chancela habentur ibi duo casalia et sunt Dominj Regis. Interrogatus cuiusmodi forum faciunt Domino Rregi, dixit quod dant de rrenda singulos marapitinos, et unam spatulam com ix. costis et cum pede, et (2) *ij. taligas centeni, et ij. capones, et ij. gallinas, et xx. ova, et x. varas bracalis,* et iij. dennarios pro manteiga et pro ovis, et unum cordarium quilibet per se, et medietatem milij et terciam centeny, et terciam partem vini; et in alio loco qui dicitur Rretorta habetur ibi unus ager, et dant de illo medietatem panis annuatjm Domino Rregi; et in Rotea alia leyra circa fontem, et dant inde medietatem panis; et in travessa alia leyra, et dant inde terciam partem panis; et de alia hereditate que jacet in Chancela dant inde terciam partem omnium fructuum, et iij. galljnas, et xxx. oua et laborant illam homines Quintane. Et dixit quod Donna Bona Sovereyra dat de una leyra quam laborat annuatjm Domjno Regi terciam partem panis et una (3) galjnha, (4) *et* x. ova. Et dixit quod propter (3) Johannem de Barro laborat unam leiram in collacione de Castello in loco qui dicitur Agro-maiore, et dat inde medietatem panis. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod filij et nepoti Sancij Morta et Pelagij Rolam debent esse Maiordomi Terre. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit.

Subierius Johannis, Petrus Pelagii, Pelagius Johannis, Martinus Gonsalui, D. Petri, Johannes Maurus, Domjnicus Maurus, omnes isti dixerunt sicut primus.

(1) *Sic.* (*i. e:* sextarium).
(2) *Sic.*
(3) x. (*plicata*).
(4) deest.
(5) ?

(1) desunt.
(2) Desunt verba *ij. taligas* usque ad *bracalis.*
(3) Sic.
(4) deest.

MOESTEYRO DE LOORDELLO

Hic incipit inq*u*isic*i*o Monasterij de Loordello e*t* parrochianor*um* Sanc*t*i Salvatoris eiusdem loci.

Pet*rus* Stephany, juratus e*t* inter*rogatus* cuias est ips*um* Monasterium, dixit q*uod* est Militum Brandonu*m*. Inter*rogatus* si faciunt inde aliq*uod* for*um* Dom*i*no Regi, dixit q*uod* no*n*. Inter*rogatus* q*uot* casalia h*ab*entur in ipsa colacione, dixit q*uod* xij.cim, e*t* sunt in*de* viij.o ipsius Monasterij, e*t* iiij.or sunt Militum Brandonu*m*. Interrogatus un*de* Monasterium h*ab*uit ipsa casalia, dixit q*uod* nescit. Inter*rogatus* si faciunt in*de* aliq*uod* for*um* Dom*i*no Regi, dixit q*uod* v.o casalia de illis viij.o casalibus Monasterij dant de rrenda om*n*es insimul unu*m* mor*abitinum* annuatjm Domino Rregi e*t* intr*a*t ibi Maiordomus. Inter*rogatus* q*uare* t*r*ia casalia no*n* da*n*t rrenda*m* sicut ista alia q*uinque*, dixit q*uod* p*ro*p*t*er honore*m* illor*um* Militum. Inter*rogatus* si moratur ibi aliquis homo forarius vel rendarius, dixit q*uod* no*n*. Interrogatus q*uo*mo*do* scit om*n*ia q*ue* per*h*ibuit, dixit q*uod* vidit e*t* passus fuit.

Didacus Pelagii, Pet*rus* Pelagii, D. Johan*n*is, Martinus Egee, D. Roderici, Petrus Gonsalvy, dixer*unt* sicut p*r*imus.

SAM MIGUEEL DE BALTAR

Hic incipit inq*u*isiç*i*o Eccl*esi*e e*t* parrochianor*um* Sancti Micaelis de Baltar.

Martinus Pelagij, juratus e*t* inter*rogatus* cuias est ipsa Eccl*esi*a, dixit q*uod* est Dom*i*ni Rregis, e*t* ad presentac*i*onem Dom*i*ny Rregis Port*uensis* Ep*iscopus* Johannem Ferrariu*m* constituit in eadem. Inter*rogatus* si faciunt in*de* aliq*uod* forum Dom*i*no Rregi, dixit q*uod* da*n*t annuatjm Dom*i*no Rregi unum mor*abitinum* de rrenda. Inter*rogatus* q*uot* casalia h*ab*entur in Baltar, dixit q*uod* xxxij. casalia e*t* q*ue*bradas in q*ui*bus (1) habebat unu*m* casalle, e*t* sunt duo de Ceti e*t* nescit un*de* habuit illud, et aliud est ipsius Eccl*esi*e e*t* habuit ilud de testamento ipsor*um* herdator*um*, e*t* preter ista casalia h*ab*entur ibi noue*m* fogarie herdator*um*; e*t* sunt xxix. casalia e*t* quebratas Dom*i*ni Rregis: e*t* duo casalia de Ceti dant de rrenda pro toto foro regali singulos mor*abitinos* annuatjm Dom*i*no Rregi; (2) et (2) casale (2) Eccl*esi*e (2) dat (2) de (2) rrenda (2) j. (2) mor*abitinum* (2) annuatjm (2) Dom*i*no (2) Rregi: e*t* ix. fogarie herdator*um* dant de rrenda annuatjm Dom*i*no Rregi vj. l*i*bras; et xxix. casalia Dom*i*nj Rregis e*t* q*ue*brate dant de rrenda annuatjm Dom*i*no Rregi xxix. mor*abitinos* veteros e*t* xviij. d*enarios*; e*t* xv. casalia istor*um* Dom*i*nj Rregis dant de foro annuatjm xxx. franganos e*t* xv. teeigas centeny. It*em*, xxx. (3) galjnhas e*t* ccc. (3) ovos. It*em*, xv. (3) espadoas (3) com ix. costis e*t* (3) com pede. It*em*, xv. cordarios ovium, e*t* xv. cabritos si hab*ueri*t capras, et cl. uaras bracalis: et alia xiiij. casalia dant de foro xiiij.cim (3) galjnhas. It*em*, alias xiiij.cim gall*inas* e*t* (3) cento e*t* x. oua, e*t* xiiij.cim spatulas porci cu*m* ix. costis, e*t* xiiij.cim t*a*l*igas* centeny, e*t* xiiij.cim cordarios, e*t* xiiij.cim cabritos si habu*e*rit cap*ras*: et om*n*es isti e*t* alij sup*radic*t*i* dant jnsimul unum alq*ue*ire butiri, e*t* dant medietatem milij e*t* terciam centeny e*t* tercia*m* vjni. Inter*rogatus* de termjnis ville istius, dixit q*uod* incipitur in fundo de casali q*uo*mo*do* partit (1) com Ceti; dejnde ad finem de Cotuvilar q*uo*mo*do* partit (1) com mauris; dejnde ad Castinaria*m* q*uo*mo*do* partit (1) com Villa Coua; deinde ad Barrarios q*uo*mo*do* pa*r*tit (1) com Bendoma; dejnde ad finem de serra de Baltar ubi sedet marcu*m* q*uo*mo*do* pa*r*tit (1) com Branderiz; dejnde venit pe*r* finem e*t* topat in mamolla de tiraago; dejnde pe*r* fundum de Barveitis e*t* venit ad fundum de casali ubi p*r*imitus incepimus: et in istis terminis tene*t* Monasterium de Ceti duo casalia e*t* alias q*ue*bratas, et ista casalia iace*n*t in Ramis. Et in alio loco q*ui* d*icitu*r Branderiz h*ab*entur ibi t*r*ia casalia de Ceti, e*t* tenent magis de lauoyra in istis terminis e*t* no*n* dant in*de* porc*i*onem Dom*i*no Rregi. Inter*rogatus* quare, dixit q*uod* nescit. Et dixit q*uod* in vinea ipsius Eccl*esi*e de Baltar jacet ibi una leyra regalenga, e*t* no*n* dat in*de* porc*i*onem: et in alio loco c*i*rca cortjnale Eccl*esi*e jacet ibi unus magnus campus e*t* est rregalengu*s*, e*t* no*n* dat in*de* porcionem Dom*i*no Rregi. Inter*rogatus* quare, dixit q*uod* nescit. Et in alio loco tene*t* terciam uni*us* vessade, e*t* dat inde porc*i*onem Dom*i*no Rregi; e*t* q*ui*dam herdator ipsius loci testavit unam hereditatem Monasterio de Ceti, e*t* ante dabat vocem e*t* calumpniam et fossadariam e*t* luctosam, e*t* modo nom dant (2) *inde* nichil*um*. Interrogatus si moratur ibi aliq*uis* homo forarius, (2) *dixit* q*uod* om*n*es ili homi*n*es q*ui* habent p*a*rtem in illa hereditate herdator*um* sunt forarij, e*t* si forte illi herdatores voluerjnt ire ad alium locum morari, hereditates illor*um* rremanent pro rregalenguis: e*t* dixit q*uod* no*n* debent illas vendere nec donare nec implazare, nisi tali homini q*ui* faciat istud for*um*. E*t* dixit q*uod* in Portela habetur ibi regalengum (3) set nescit q*uantum*,

(1) Var: —*habebit.*
(2) *bis.*
(3) *Sic.*

(1) *Sic.*
(2) deest.
(3) *Sic*; lege: *sed.*

et dant un*um* bracal*em*, *et* x. ova, *et* una*m* galjna*m*. Inter*rogatus* q*uomodo* scit om*n*ja q*ue* per*h*ibuit, dixit q*uod* vidit *et* passus fuit.

Stephanus Me*n*endi, Pet*rus* Gonsaluj, Martjnus Gonsalvy, D. Michaelis, D*ominicus* de Monte, D. Petri, Martinus Joha*nn*is, Martinus Pelagij sup*r*a scriptus, *et* D. Michaelis, Pet*rus* Gonsaluj dixer*unt* q*uod* audi*verunt* dicere multociens (1) *Michaeli* (1) Sesnandi (1) *et* Michaeli Garcie, q*ui* fuer*unt* Maiordomi, q*uod* p*ar*titi fuer*ant* multociens casalia de Spensandi pro regalenguis, et receperunt in*de* porcionem pro ad Domin*um* Regem.

Pet*rus* Gonsalvi Bayna dixit q*uod* vidit *et* passus fuit, *et* metivit panem ilor*um* casalium duor*um* de Spensandi, *et* venit Joha*nn*es Didaci *et* minavit illum, et tame*n* levaver*unt* in*de* iiij.[or] modios panis pro ad celariu*m* Dom*in*j Rregis: et dixit q*uod* illa duo casalia no*n* era*nt* tu*n*c nisi unu*m*, *et* m*o*do postea fecer*unt* in*de* duo, *et* morabatur in ipso casali q*ui*dam homo q*ui* vocabatur Martinus Men*en*di; *et* tu*n*c ipse Johannes Didaci tenebat ips*um* jn prestimonyo de Gonsaluo Menendi. E*t* iste dixit q*uod* Ecc*lesi*a de Rrevordosa est Dom*in*j Regis.

SAM MIGUEEL DE REUORDOSA

Hic incipit inq*ui*sic*i*o Sancti Michaelis de Reuordosa *et* parrochianor*um* eiusdem Ecclesie.

Pet*rus* Gonsalvy, juratus *et* inter*rogatus* cuias est ipsa Ecc*lesi*a, dixit q*uod* herdatores *et* gubernatores ipsius loci eliger*unt* semper abbate*m*, *et* ad presenta*cio*nem ipsor*um* Por*tuensis* Ep*iscopus* pr*i*orem constituit in eadem; *et* dixit q*uod* audivit dici q*uod* postq*uam* ipsi elegebant abbatem ibat abbas ad Divite*m* homine*m* q*ui* tenebat Terram. Et Martinus Simeo*n*is, abbas ipsius Ecc*lesi*e, juratus dixit (1) *quod* q*uando* herdatores *et* gubernatores eleger*unt* ips*um*, fuit ad Donnum Martinu*m* Egidij, q*ui* tu*n*c tenebat Terram, q*uo*d concederet ei ipsam Ecclesiam, *et* co*n*cessit ey eam. Inter*rogatus* si tenet in*de* cartam, dixit q*uod* no*n*

FOLHA CXXV

(2) secundum tame*n* monstravit in*de* nobis inq*ui*sitoribus cartam ape*r*ta*m* sigillatam sigillo Ep*isc*opi Por*tuensis* confirmac*io*nis ipsius Ecclesie. Inter*rogatus* primus si hab*et* ibi Rex D*ominu*s aliq*uod* jus uel h*a*buit uel deb*et* habere, uel si faciunt in*de* ei aliq*uod* for*um*, dixit q*uod* dant inde annuatim D*omi*no Regi mediu*m* morabitinu*m*. It*em*, Pet*rus* Gonsaluy, inter*rogatus* q*uot* casalia habentur jn Revordosa, dixit q*uod* medietas tocius ville (3) co*m* om*n*ibus suis terminis est D*omi*nj Rregis, *et* in medietate Do*m*iny Rregis habentur ibi viij.[o] casalia (3) com testamentis Ecc*lesi*e, *et* dant xxi. casalia D*omi*nj Rregis de derectura j. *t*aligas centeny, *et* xj. gall*inas*; pro festo S*ancti* Michaelis dant cxxxj. uaras *et* m*ediam* bracalis, *et* xxvij. gall*inas* et ccl oua; et in die carni privij xx. cordarios uel cabritos: *et* dant de rrenda xvij. lib*ras* v. s*olidos et* (4) meo: pro festo Natalis D*omi*nj dant xxj. spatulam porci cum ix. costis in spatula *et* (3) co*m* pede, *et* v. quarteyros *et* unam *taligam* centeny: *et* viij.[o] casalia herdator*um* dant de renda vj. lib*ras* (1) *et* v. *solidos* (1) *et* tres denarios: et Ecc*lesi*a dat de rrenda xiij. s*olidos et medium*. Inter*rogatus* si moratur ibi aliq*uis* homo forarius, dixit q*uod* no*n*. Interro*gatus quot* casalia habentur jn villa q*ue* uocatur Sabiros, dixit q*uod* iiij.[or], *et* sunt D*omi*nj Rregis, *et* dant annuatjm Do*mi*no Regi om*n*ia insimul iij. mor*abitin*os de rrenda, *et* iiij.[or] spatulas (2) co*m* ix. costis, *et* j. *quartarium* centeny, et (3) x. varas (1) *bracalis, et* iiij.[or] franganos, *et* iiij.[or] teigas centeny, *et* iiij.[or] capones, *et* iiij.[or] (2) galjnhas *et* lxxx.[a] oua. It*em*, dixit q*uod* si hereditatem ve*n*diderint dant in*de* decimam denarior*um* de q*ua*nto vendu*n*t: *et* dixit q*uod* illi herdatores sup*ra*dic*ti* q*uod* debent esse forarij. It*em*, dixit q*uod* h*abe*ntur ibi (4) vj. molendini, *et* v.[e] molunt, *et* duo sunt destructi. (5) It*em*, si faciunt in*de* aliq*uod* forum D*omi*no Rregi, dixit q*uod* nom.

Pet*rus* Go*n*s*al*vi, Petrus Vilar, Johan*n*es Michaelis, Martinus Dominiçi, Pet*rus* Mar*tini*, Martinus Roderici, Martinus Domj*n*ici Pelagius Martiny.

Interrogatus q*uot* casalia h*abe*ntur in Avoym, dix*it quod* xxx. casalia. Inter*rogatus* cuius sunt ipsa casalia, dixit q*uod* sunt Divitum hominum *et* S*ancti* Tissy *et* de Bendoma. Inter*rogatus* sy faciunt in*de* aliq*uod* for*um* Domino Rregi, dixit q*uod* nom. Inter*rogatus* q*uot* herdatores morantur in ipsa villa, dixit q*uod* xxvij. *et* no*n* faciunt ulum for*um* Do*mi*no Rregi. Inter*rogatus* quare, dixit q*uod* tota illa villa fuit Donny Subierii Menendi Boni q*uod* est honrrata. Inter*rogatus* q*uis* honrravit eam, si est honrrata per cautos v*el* p*er* pendone*m* uel p*er* cartam D*omi*nj Rregis, dixit q*uod* nom, s*ed* semp*er* ita fuer*unt* p*er* terminos suos n*omi*natos q*uod* habent. Inter*rogatus* si habentur ipsi aliq*uod* Regalengum, dixit q*uod* in cortjna de Auoym jaçet ibi unus campus *et* laborat il*l*um Stephanus Martjny, *et* dedit

(1) deest.
(2) Lege: *sed*.
(3) *Sic*.
(4) *Sic*: lege: *medium*.

(1) deest.
(2) *Sic*.
(3) x. (plicata). Lege: xl.
(4) Var: — vij.
(5) Lege: — *Interrogatus*.

inde usque modo tres taligas panis de quali ibi (1) jacent, et debebat inde dare medietatem milij, et terciam centeny, et unum caponem (2) et x. oua: et in alio loco qui dicitur AGER DE ALVITO jacet ibi una leyra et laborat illam Martinus Michaelis, et dedit inde usque modo iij. almudes panis, et j. franganum et quinque oua; et in alio loco qui dicitur ROTEA jacet ibi j. cabezarium, et dedit inde usque modo unum alqueire panis; et in aljo loco qui dicitur AGRA jacet ibi una leyra, et tercia est inde rregalenga et dat et laborat illam Martinus Gonsaluj, et dedit inde usque modo j. almude panis; et in alio loco qui dicitur COGULUDO jacet ibi unus ager et laborant illum Gonsalvus Menendi et Martinus Maurus et Johannes Didaci cum suis fratribus, et dant inde iij. teeygas panis, et medium caponis, et v.^e oua. Item in alio loco qui dicitur CAMPUS DE AVOYM jacet ibi una leyra, et due partes istius leyre (2) *sunt* herdatorum, et tercia pars est Dominj Regis, et laborat illam Martinus Maurus et Donnus Durandus; et dant inde unam taligam panis: et in alio loco qui dicitur CAMPUS DE GRAMOSA jacet ibi una leyra, et laborat illam Martinus Gonsalvj (3) com suis fratribus, et dant inde j. almude milij. Item in alio loco qui dicitur CAMPUS DE AVOYM jacet ibi una leyra, et est tercia pars Dominy Rregis, et due partes (4) est herdatorum, et laborat (2) *illam* Petrus Galleçi, et dat inde j. alqueire milij: et in ipso campo jacet alia leyra, et est tercia Dominj Rregis et duas partes herdatorum, et laborat illam Johannes Januarij (3) com suis fratribus, et dant inde unum alqueire milij; et in alio loco qui dicitur NOVALES jacet ibi unus campus, et est tercia Domini Rregis et due partes herdatorum, et laborat illum Antonius Martjny, et dat inde unam taligam panis; et in alio loco qui dicitur ENFESTO jn medietate jacent ibi due leyre, et alia leira in PORTO-FINIS, et laborat illas Petrus Michaelis cum suis germanis, et dant j. sestario milij; et due leire jacent in loco qui dicitur SUPER-FONTES, et dant inde unam taligam millij, et unam terciam caponis, et duo oua et medio; et in alio loco qui dicitur CORTEGADA in ripa Ferrarie in varzena ij. leyre, et in fine de valino due leire; et in alio loco qui dicitur CHAÃO j. leira et laborat illas Durandus Martini (3) com suis fratribus, et dant inde unum sestarium millij, et terciam unius caponis et iij. oua; et in Parietibus terciam unius leire, et laborat illam Maria Bona, et dat inde j. almude milij; et in alio loco qui dicitur COMARO jacet ibi una leyra, et in Linaribus alia leyra, et in Festela jacet alia tercia leyra; et in alio loco qui dicitur APENELLA jacet alia tercia leira, et laborat istas leyras Pelagius Subierij de Cortegada, et dat inde unum buzenum milij, et unum franganum, et x. oua; et in alio loco (1) *qui* (1) *dicitur* VARZENA de Ripa Ferarie (2) . . . et alia leyra jacet in Penela, et laborat illas Johannes Januarij (2) com suis fratribus, et dat inde j. sestario milij, et terciam unius caponis, et ij. ova et *medium*; et alia leyra jacet in Burgana, et laborat illam Maior Vincencii, et dat inde j. almude milij, et unum franganum; et in Cortinis jacent ibi due leyre et laborat illas Marina Nabeyros, et dat inde ij. taligas milij, et unum ovum et (2) meyo; et in alio loco qui dicitur PUMARBAZEYRO jacet ibi una leira, et est tercia Dominj Rregis, et laborat illam Martinus Fincallo, et dat inde unum almude milij; et in alio loco qui dicitur PORTELA in Felgarijs jacet ibi huna bouça et laborat illam D. Martini; et alia leyra jacet in cenaria subtus estrata, et dat inde D. Martini (2) . . . et vadit Maiordomus et (3) illud quod inveniat levat ilud, et dat inde medium bracale, et medium unius caponis, et v.^e oua; et in ipso loco qui dicitur PORTELA jacet ibi una mazanaria et j. leyra magna; et in valle jacet alia leira; et super Ameale jacet ibi alia leira; et in Longas alia leira; et in Lagare alia leyra; et in Padrozello alia leyra: et laborat istas leyras Martinus Gonsalvi, et dat inde unum quartarium et j. almude panis, et medium bracalis, et medium caponis, et v.^e oua: et in alio loco qui dicitur FELGARIA jacet ibi j. bauza et laborat illam Domjnicus Goterrez, et dat inde unum alqueire et meyo milij; et in alio loco qui dicitur VAL-DE-PETRA jacet ibi j. bauza et laborat illam Martinus Martiny, et dat inde unam teeygam panis et unam gallinam: et de hoc regalengum debent dare medietatem milij et terciam centeny. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit.

Johannes Januarij, Simeon Guterriz, D. Martini, Martjnus Michaelis, Petrus Michaelis, Simeon Martini, Durannus Martjny, D. Martini, Gonsalvus Martini, D. Petri, D. Martini, Petrus Stephany (4) *dixerunt sicut primus.*

(1) Var: —*jacuit.*
(2) deest.
(3) *Sic.*
(4) Lege: *sunt.*

(1) deest.
(2) *Sic.*
(3) Var: —*istud.*
(4) desunt.

SAM MARTJNHO DO CAMPO

Hic incipit inquisiçio Ecclesie SANCTI MARTINY CAMPI.

Petrus Gonsalvi, juratus et interrogatus cuias est ipsa Ecclesia, dixit quod est Monasterij Villele et nescit unde habuit eam. Interrogatus sy Dominus Rex habet ibi aliquod jus vel habuit vel debet habere, dixit quod nom. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod dant inde annuatjm de rrenda

medium morabitinum. Interrogatus quot casalia habentur in LUARIZ, dixit quod viii.[to], et sunt omnia Episcopus Portuensis et sunt cautata. Interrogatus quis cautavit ea, dixit quod nescit. Et propter hoc non faciunt forum Domino Regi. Item, dixit quod jn alia villa que uocatur SANGIMIRUS habentur xvj. casalia et sunt (1) inde vij. Monasterij Rivuli Tinty; et duo sunt Sedis Portuensis; et duo sunt Militum, et dant de renda annuatjm Domino Rregi xij. morabitinos veteros; et v.[e] sunt Monasterij de Cety, et dant de rrenda annuatjm vj. libras et v. solidos Domino Rregi: et dant omnia jnsimul com iiij.[or] casalibus de Balsselus x. cabritos et x. gallinas et xx. oua et j. alqueire butiri. Item, dixit quod in villa que vocatur BALSSELUS habentur iiij.[or] casalia, et est inde quarta pars Dominj Rregis de monte jn fonte et in omnibus terris eius tam ruptis quam non ruptis, et alie tres partes ipsius vile sunt Monasterij Vilele. Interrogatus unde habuit ea, dixit quod nescit. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod ista iiij.[or] casalia jnsimul dant annuatjm Domino Regi de rrenda v.[e] morabitinos veteros, et iiij.[or] cabritos et iiij.[or] (1) galjnhas (2) et vj. ova. Interrogatus cujusmodi forum faciunt Domino Rregi de jlla quarta parte Dominj Rregis, dixit quod dant inde annuatjm sibi de foro unam spatulam porci cum ix. costis, et ij. taligas tritici et ij. franganos, et vij. varas bracalis, et unum cordarium et duos caseos, et (1) unam manteygam. Et omnia ista pectant vocem et calumpniam et vadunt ad chamatum. Interrogatus si habetur ibi aliquis homo forarius, dixit quod nom. Interrogatus si scit aliquis de Valle longo superno, dixit quod fuit inde maiordomus magno tempore et vidit stare unum paridenarium in medio ville et dixerunt ey homines ipsius ville quod erat regalengum, et ipse paridenarius stat circa domum Donne Onegue.

Et Gonsaluus Petri dixit sicut primus.

Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit.

D. de Bucelis. Martinus Parvus. Petrus Gonsalvi, (2) D. (2) Gonsalvi, isti omnes dixerunt sicut primus.

SANTO ANDRE DE SOBRADO

Hic incipit inquisiçio Ecclesie SANCTI ANDREE DE SUBRATO.

Domnus Antoninus, prelatus eiusdem Ecclesie, juratus et interrogatus cuias est ipsa Ecclesia, dixit quod est Domni Egidij Martini et herdatorum. Interrogatus si habet ibi Dominus Rrex aliquod jus vel debet habere, dixit quod nom. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod nom. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collaçione, dixit quod Liij.[a] casalia et medium, et sunt inde xvj. casalia Monasterij Villele, et nescit unde habuit ea, et dant annuatjm Domino Rregi jnsimul xvj. morabitinos veteros; et xv. casalia et medium sunt Millitum; et v.[e] casalia et tercia sunt Donni Egidij Martini: et vj. casalia sunt herdatorum, et nom faciunt ullum forum propter Domnum Egidium Martini; et de j. domo que stat in estrema dat unum franganum Domino Rregi. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in loco qui dicitur Villar habentur viij.[o] casalia et est inde tota quarta pars Domini Rregis, et de omnibus que pertinent ad ipsa viij.[o] casalia. (3) Item, cujusmodi forum faciunt inde Domino Rregi, dixit quod dant inde unum morabitinum, et due patas, et quatuor franganos, et unam taligam farine milij, et iij. alqueires farine tritici et unam quartam vini et dant inde terciam et quartam partem panis, et iij. partes alie sunt Monasterij Vilelle, et nescit unde habuit eas. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit.

G. Petri, Didacus Didaci, Stephanus Simeonis, Martinus Didaci, Menendus Petri, isti omnes dixerunt sicut primus.

JULGADO DE PENAFIEL

Hic incipit inquisiçio JUDICATUS PENNEFIDELIS et parrochianorum eiusdem Judicatus.

Prima inquisiçio est collacionis SANCTI JOHANNIS DE (2) GUJLIFFI.

Johannes Domjnici, juratus et interrogatus cuias est ipsa Ecclesia, dixit quod est Monasterij

FOLHA CXXVJ

de Ceti, et ad presentaçionem ipsius Portuensis Episcopus priorem constituit in eadem. Interrogatus unde habuit eam, dixit quod de testamento herdatorum. In-

(1) deest.
(2) Lege: GUILUFFI.

(1) Sic.
(2) deest.
(3) Lege: *Interrogatus*.

terrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod dant inde annuatjm Domino Rregi iij. quartarios millij, et unam aussarem pro uno Regalengo quod tenet et necit ubi jacet. Interrogatus quot ville habentur in ipsa collaçione, dixit quod due: GUILUFFI et RETORTA. Interrogatus quot casalia habentur in GUILUFFI, dixit quod viij, et sunt inde tria de Ceti et habuit ea de testamento; et unum est Domne Elvyre Martini; it aliud est Donne Marie matris Fernandi Pitaraes; et duo sunt ipsius Ecclesie et habuit ea de testamento herdatorum; et aliud est Bustili, et habuit illud de testamento. Interrogatus si habitur ibi aliquod Rregalengum, dixit quod sic. Interrogatus ubi est ipsum Rregalengum, dixit quod in Petra casalis jacent ibi due leire; et in alio loco quj dicitur LAÇUNA alia leyra; et jn loco qui dicitur CAMPUS palendini est totus Dominj Rregis; et Campus spinarij est totus Dominj Rregis; et in alio loco qui dicitur CAMPUS-CASALIS jacent ibi due leyre; et in alio loco qui dicitur BARRARIOS due leire: et dixit quod in alio loco jacet aliud magnum Rregalengum et determinatur sic: In primo incipit in marcos baleste; dejnde ad presam Agreli; dejnde ad devesam alteram per stratam; dejnde ad valam devese alte; deinde ad petrąm gaudere: dejnde ad rigum veterum de pucalibus; dejnde ad xurrarium de pomarelibus; dejnde ad venam aque lavadarie et passat riparium ultra et vadit se ad campum Agrelle; dejnde ad riparium de puzalibus quomodo vadit per venam agre de puzalibus; dejnde ad stratam; dejnde ad rigum quod vadit ad vessadas Avelenede; dejnde ad devesellam; dejnde vadit se per finem campi forny; dejnde ad pariazares; dejnde ad marcos baleste ubi primitus incepimus; et hic jacet una vessada et tenet eas homines Petri Johannis et Petri Pelagij et unus homo Palumbarij, et iste homo Petri Johannis dat ij. quartarios panis et iiij.[or] anssares. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod nom. Interrogatus quare, dixit quod propter quintanana Domny Nunionis Petri. Interrogatus cuiusmodi forum faciunt Domino Regi de hoc Rregalengo, dixit quod dant annuatjm Domino Regi viij.[o] (1) galljnhas et LXXX.[a] oua, et vj. anssares, et dant terciam partem omnium fructuum. Interrogatus quot casalia habentur jn Rretorta, dixit quod xij, et duo sunt de Ceti et habuit ea de testamento; et ij. et medium sunt Monasterij Ferrarie et habuit ea de testamento; et unum et medium est Palumbarij et habuit ea de testamento, et hoc casale sedebat in hereditate sua Palumbarij et modo posuerunt illud casale in monte manio ubi topat Rregalengum Dominj Rregis; et duo casalia mjnus tercia (2) sunt Petri Pelagij et Laurencij Pelagij; et duo (2) et tercia sunt Petri Johannis; et unum est Martiny Egidij; et una fugaria est Petroliny Barralis, et dat vij. varas bracalis pro fussadaria, et unam anssarem minus octavam,

(1) *Sic.*
(2) deest.

et unam teeigam tritici minus obtavam, et dixit quod solebat dare xvj. varas bracalis, et duas anssares, et ij. *taligas* tritici. Interrogatus quare modo non dat totum estud forum sicut antea dabat, dixit quod Martjnus Egidij de Coreichis comparavit de illa fogaria, et de illa dedit si quedam herdatrix mulier que recepit eum pro filio. Interrogatus ex quo tempore (1) *comparavit* de illa fugarija, dixit quod in tempore fratris istius Regis. Et de illo foro quod solebat antea dare mjnguat inde medietas et obtava quod (1) *est* quantum habet inde Martinus Egidij de hereditate. Interrogatus si habetur ibi aliquod Rregalengum, dixit quod in Campo-monio (2) et in Campomalo jacent ibi vij. leyre, et stant jn fundo de uvarijs, et sunt Dominj Rregis, et una vinea que jacet in ipso campo est medietas Dominj Rregis et alia medietas (1) *est* Donny Petri Pelagii Curvij: et in alio loco qui dicitur GANDERA jacet ibi una leyra cum tribus castinarijs et uvarijs, et est Dominj Rregis; et in ipso loco in chousali de Ganderali jacet ibi una leyra com sua vinea et com suis uvarijs, et est medietas Dominj Rregis, et alia medietas (1) *est* Palumbarij, et Palumbarius habuit eam de testamento; et in alio loco qui dicitur CARVALIUS jacet ibi una leyra, et est medietas Dominj Rregis, et alia medietas est Palumbarij, et habuit ea de testamento; et in alio loco qui dicitur SPENIDO jacent ibi due leira, et est medietas Dominj Rregis, et alia medietas est Palumbarij, et habuit eas de testamento; et in alio loco qui dicitur LAMAS DE POMARELOS jacet ibi una leira, et medietas est Dominj Rregis et alia medietas est Palumbarij et Donmy Petri Pellagij Curvi, et habuit eam Palumbarius de testamento; et in alio loco qui dicitur POMARELOS jacent ibi due leyre, et est medietas Dominj Rregis et alia medietas est Monasterij Ferrarie et Donny Petri Pelagij, et Monasterium Ferrarie habuit illas de testamento; et in Tio-Pedro jacet una leira; et in Campo Soverarij alia leira et ij. salgarij cum ovarijs: et de istis leiris solebant dare pro toto fructu j. quartarium panis et ij. gallinas, et xx. ova, et istas leiras tenent homines de Ceti et debent dare terçiam partem omnium fructuum: et in Varzenela jacet alia leira, et istam leiram laborant homines de Palumbarij et Ferrarie, et solebant dare j. sesteyro panis, et j. galjnha et x. oua, et debent dare terciam partem omnium fructuum. Interrogatus cujusmodi forum faciunt de predicto Rregalengo Rretorte, dixit quod dant annuatjm Domino Rregi v.[e] gallinas et L. ova et iij. anssares, et hoc totum istud Rregalengum laborant homines de GUILUFFI et de RRETORTA (1), et dant inde annuatjm Domino Rregi terciam partem omnium fructuum. Interrogatus quot casalia habentur in GUILUFFI de superno, dixit quod vj. et ij. sunt Martini Egidij de Coreichis; et duo sunt Bustili, et habuit ea de testamento; et duo sunt Palaçioli et habuit unum de testamento et aliud

(1) deest.
(2) *manyo* (?)

comparavit de herdatoribus in tempore fratris istius Regis. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod nom. Interrogatus quare, dixit quod propter quintanam Martiny Egidij. Interrogatus quot casalia habentur jn Scapaes, dixit quod vj., et dixit quod unum est Martjni Egidij, et casale Palaçioli dat vj. varas bracalis, et quinque sunt Palacioli; et illud casale Martiny Egidij fuit forarium, et dabat vj. varas bracalis pro fussadaria, et pectabat vocem et calumpniam, et modo non dat nichilum, et de sua socra unde habuit illud dabat fussadariam. Interrogatus quot casalia habentur in Rretorta vetera et in Poiaribus, dixit quod iiij.^{or} et sunt duo (1) Hospitali, et habuit ea de testamento; et unum est de Ceti, et habuit ilud de testamento; et aliud est Palaçioli, et habuit illud de testamento: et casale de Gandara, ubi marcus non partit, est medietas Dominj Rregis, et alia medietas est Palumbarij. Interrogatus quomodo scit omnia que perhiberit, dixit quod vidit et passus fuit.

Petrolinus, Petrus Garsie, Petrus Pelagii, alius Petrus Pelagii, Johannes Domjnici, Martinus Petri, Petrus Michaelis, Petrus Petri, Durandus Johannis, Pelagius Petri, omnes isti dixerunt predictum testimonjum verbo et verbum sicut primus.

SSAM MARTJNHO DE LAGARES

Hic incipit inquisiçio Ecclesie Sancti Martiny de Lagares et omnium parrochianorum eiusdem Ecclesie.

Garsia Petri, juratus et interrogatus cuias est ipsa Ecclesia, dixit quod fuit herdatorum, et de illis herdatoribus fecerunt homicidium et fugierunt de terra, et de illis rremanserunt in terra. Interrogatus quot habebant ibi illi qui fecerunt homicidium, dixit quod raçione ipsorum venit Domnus Menendus Munionis, qui tenebat tunc temporis Terram Pennœfidelis, et filiavit inde maiorem partem ipsius ville et Ecclesie similiter: et postea herdatores qui rremasserunt presentaverunt semper ipsi Ecclesie com Monasterio Palaçioli, cuij testavit Domnus Menendus Munionis totum illud quod filiavit in ipsa villa raçione calumpnie quam fecerunt illij allij herdatores qui fugiverunt, et modo Ecclesia stat sine prelato propter contendam que (2) est inter, ipsos herdatores et Monasterium Palacioli. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod x.^{cem}, et viij.^{o} sunt Monasterij Palacioli, et habuit ea de illa calumpnia, et duo sunt ipsius Ecclesie et habuit ea de testamento. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod propter Domnam Orracam Aprilis et Domnum Nunum Petri. Interrogatus quot casalia habentur jn Ordiiz, dixit quod (3) xxiij: casalia, et ix. sunt Templi, et ix. sunt Palacioli, et habuerunt ea de testamento. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod propter illud supradictum dominium. Interrogatus quot casalia habentur in (4) quintana donega. dixit quod xiiij.^{cim}, et sunt vij. Monasterij de Ceti, et v.^{e} sunt Palacioli, et nescit unde habuit ea, et duo sunt Templi, et nescit unde habuit ea. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod intrat in iiij.^{or} casalibus Palacioli, et dant de rrenda singulos medios marabitinos annuatjm Domino Rregi. Interrogatus quare non intrat ibi Maiordomus in illis alijs casalibus de Ceti et Palacioli, dixit quod nescit. Interrogatus quot casalia habentur in Ulvaria, dixit quod xiij.^{cim}, et xj.^{cim} sunt Palacioli, et duo sunt ipsius Ecclesie. Interrogatus unde Monasterium Palacioli habuit ipsa casalia, dixit quod comparavit inde unum et medium de herdatoribus in tempore Rregis Sancii, fratris istius Regis, et ix. casalia nescit unde habuit ea, et dixit quod nescit unde Ecclesia habuit sua casalia. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Rregi, dixit quod de illis xi casalibus dant inde duo iiij.^{or} bracales de fossadaria. Interrogatus quare non dant alia ipsa casalia fossadariam sicut ista duo, dixit quod nescit. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus, dixit quod nom. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Interrogatus quot casalia habentur in Cabrolo, dixit quod ix., et sunt inde vj. casalia Palacioli et nescit unde habuit ea, et unum est herdatorum, et aliud est Rroderici Petri. Interrogatus si habet ibi Dominus Rrex aliquod Rregalengum in ipsa collacione, dixit quod in agra de Villar jacent ibi iij. leyre et laborat illas Martjnel cum suis fratribus; et in alio loco qui dicitur Ripa jacent ibi iij. leyre et laborat illas Martinel cum suis fratribus; et in alio loco qui dicitur Mamona jacent ibi due leire, et in Salgarijs una leira, et in Linarelos alia leyra, et in Forno alia leyra, et in Avenelaria alia leira; et in Pomario-de-jnso alia leyra, et in Laurario alia leyra, et in Mandim (1) *alia* (1) *leira;* et in Secarios alia leira, et in Carvalhosa alia leyra, et in presa de Çedi alia leyra, et in casale de Rramiro alia leira, et in Ecclesiola alia leyra, et in Cabanelas alia leira, et in Vinadema alia leyra, et in Pinario alia leira, et in Varzenis iij. leyre, et in Cortinis alia leira: et omnes istas leiras laborat illas Martinel cum suis fratribus. Interrogatus cujusmodi forum faciunt

(1) Var: —*Busteli* (?)
(2) deest.
(3) Lege: *xviij.*
(4) I. e· quintana de Onega *(quintana Onece).*

(1) deest.

in*de* Dom*i*no Rregi, dixit q*uod* dant in*de* annuatjm vj. q*ua*rtarios p*er* mensuram q*ue* vocatur vj.[ta], *et* dant de foro in uno anno aradoyra *et* in alio anno (1) *unam* mediam libre cere. Et in loco q*ui* d*icitur* Cedom jacet alia leyra, *et* dant de foro duos franganos *et* una*m* fogaciam coijtam de una *taliga* tri*ti*ci. Interr*ogatus* qu*i*s dedit eis ad illud forum, dixit q*uod* nescit. Interr*ogatus* si Dom*i*nus Rex voluerit ante porcionem fructu*um* cujusmod*i* for*um* faciunt in*de*, dixit q*uod* dabunt in*de* de rupta vet*er*i terciam fructu*um* *et* de rupta nova q*ua*rtam p*ar*tem fructu*um*: tame*n* nunqua*m* ipse fecit in*de* n*isi* supradic*tum* for*um*. Interr*ogatus* si moratur ibi aliqu*is* homo forarius vel debitor Dom*i*nj Rregis, vel q*ui* feciss*et* homicidium *et* no*n* pectaviss*et* illud, dixit q*uod* nom. Interr*ogatus* quomodo scit om*n*ia que p*er*hibuit, dixit q*uod* vidit *et* passus fuit, *et* b*e*ne certus est.

Petrus Feo, Gonsaluus Petr*i*, Garsia Petr*i*, (1) *Johannes* (1) *Petri*, Petrus Michaelis, Domnus Benedic*tus*, Petr*us* Frade, Martjnel, D. Pelagii, Martinus Petr*i*, Stephanus Pet*ri*, Martinus Menendy,

FOLHA CXXVIJ

de pydelo — fernandus *menendi* Juratus et *jnterrogatus* dixit *quod* homjnes de villa de pijdelo sunt de ordinjbus et de mjlitibus et laborant et *habent* et *utuntur* Regalengos regis de pydelo et *tamen* nom sunt homjnes rregi *nec* in sua *comenda* nec maladia nec faciunt regi *aliquod forum nisi tamen quod* dant *quartam* et *quintam* et terciam de pani et dant regi *singulos* franganos et *quinque* oua. et illi *qui* laborant Regalengos dant denarios in annudauam Regis. et Regalengo sunt manifesto et publicati. et addit *quod* de qujntana de pydello e de duobus casalibus *que* sunt facta jn ipsa *quintana quod* casalia et *quintana* sunt de tarauquella. *nom* pectant rregi uocem et calupnyam. et de tota alia ujla de pijdelo pectant rregi vocem et calupnyam. *Michael pelagii iuratus dixit similiter* et addit *quod* ista qujntana est ipsa audiuit fujt de donno Egea monjz de ortigosa. Martjnus *petri* Juratus dixit simjliter paulus dixit similiter. Petrus faber dixit simjliter.

de portela — *Johanes petri dictus* Conqueiro Juratus et jnterrogatus dixit quod *dominus* Rex *habet* vnum casale jn perrochia *sancti* Esiseli in portella et est depopulatum. jnterrogatus quare est depopulatum dixit quod *per* malefauctoryam *prestimarij* Regi et maiordomj. *Petrus petri* de nespereira iuratus dixit *simjliter*. ff (1) *petri* de nespereyra dixit simjliter. *Dominjcus petri* prelatus Ecclesie *sancte* Marine Juratus dixit *simjliter* et addit quod donnus laurencius pelagij curuus taliauit jnde bonum sautum. *Martinus pelagii* de *sancta* marjnha *iuratus* dixit sicut *dominjcus petri prelatus*.

Jtem *Johanes petri dictus* Conqueiro. *iuratus* dixit *quod* de ujlla *que* dicitur

(1) terra inculta, roteada.
(2) unum.
(3) quinque.
(4) unam.
(5) imposição de dinheiro para a defensão da terra.

(1) sic.

Cadafas que fuyt honor de donno suierio mauro et de dono menendo gato nullum forum faciunt regi nec de voce nec de calupnja. *de Cadafas*

Petrus mjlles Juratus dixit quod de Cabenelas qua est hereditas de Monasterio de tarauquela pectant rregi vocem et calupnjam et portagines sunt de rege. *de Cabanelas* *portagem*

Petrus petri de nespreira. homo de Egea petri. dicto porcalo Juratus et interrogatus dixit quod ipse tenet vnam leiram de hereditate Regalengo jn termjno de nespreira. jn loco quod dicitur Milageoso et dat de ea Racionem regi. Petrolįnus de nespreira iuratus dixit simjliter et addit petrus petri quod dat regi unum franganum et v.[e] oua et dant dennarios jn annuduua regis. saluador dixit simjliter. *de Nespreira*

Petrolinus de Nespreira iuratus homo de sancto Johanis de pendorata dixit quod ipse tenet vnam leiram regalengam regis in loco qui dicitur ualis et tenet leiram regalengam jn loco qui dicitur paazos et tenet medietatem de una leira simjliter in paazos. Et de jstis hereditatibus rregalengiss dant racionem rregi et dat vnum franganum ad annuduuam regis. Saluador de nespreira dixit similiter.

Saluador homo de sancto Johane de pendorata de Nespreira Juratus dixit quod tenet et laborat duas leiras et meya de hereditate regalenga jn termjno de nespreira quarum iacet vna leira et media jn loco qui dicitur paazos et alia jatet in valle prope vilam et dat de eis rracionem rregi et dat rregi simjliter I (1) franganum et v.[e] (2) oua et dennarios jn annuduua regis. ff (3) petri iuratus dixit simjliter. fernandus petry simjliter.

fernandus petri de nespreira iuratus dixit quod homo de Elujra arias donna tenet e laborat vnam leiram de hereditate jn Nespreira regalenga et facit de ea forum regi sicut de predictis. et ipsa leira Jacet jn loco qui dicitur paazos et martjnel de nespreira iuratus dixit simjliter et addit quod dominus Rex habet alias hereditates regalengas jn nespreira. quas dat Judex et maiordomus ad laborandum et alij homjnes de nespreira qui sunt de mjlitibus et ordinjbus tenent et laborant rregalengos rregis et faciunt rregi suum forum. tamen nom dicunt se esse homjnes Regis et addit quod isti regalengi quos laborant homjnes de nespreira nom sunt de Jlla focarya depoputata.

(1) unum.
(2) quinque.
(3) sic.

Petrus gomez Judex de sancto fijniz Juratus dixit quod in aluarenga nec jn suo termjno nulum forum faciunt rregi nisi tamen de vna focarya regalenga depopulata quam habet dominus rrex in termjno de aluarenga jn Bustelo. Jnterrogatus per quod est jsta focaria Regis depopulata. dixit quod nullus est ausus eam populare propter mjlites et donnas de aluarenga et ideo quod homjnes mjlitum et donnarum de aluarenga qui morantur jn bustello per ipsum regalengum rregis. Johanes sarauagos dixit simjliter. *de Aluarenga*

Nos eciam jnquisitores dominj rregis Portugalie et Comjtis Bolonensis uenjmus ad terram de Arauca ad qujrendum directos et regalengos dõminj rregis et invenjmus abbatisse et conuentui de arouca cartam donacionjs et Cauti domjnj regis Portugalis et Comjtis bolonensis et vidimus eam et eçiam filiaujmus transcriptum ab illa jn quam continebatur quod dominus Rex donabat abbatisse et monachis de arauca quantum habebat jn Arauca et jn suo termjno et Cautabat sibi totum sicut resonat jn rescripto priujlegij regis quod est scriptum jn Roolo. *de Arouca*

Michael fernandij. clericus Juratus et interrogatus de patronatus ecclesie sancti Martjnj de fornelos dixit quod dominus petrus pelagii et dominus laurencius pelagii Curuus presentauit eidem Ecclesie. tamen dixit quod audiuit dicere fernando egee. patri suo quodam prelato dicte Ecclesie quod quarta pars istius ecclesie erat regalenga. Petrus diaz de fornelos Juratus dixit quod predicti nepotes de donno Egas alfonssi presentaujt eidem Ecclesie. Martjnus petri de fornellos Juratus dixit sicut petrus diaz. Johanes maurus dixit simjliter. et addit quod vt ipse audiuit quarta pars de Jsta Ecclesia fuit de rege et alia quarta de Miana et alia quarta fuit de herdadores et alia quarta fuit de Monione petri de arauca. Et per jstam quartam partem que fuit de Monjone petri quam habent nepotes de donno egas alfonsi habent totam Ecclesiam. *de fornelos*

Petrus dias de fornelos Juratus et jnterrogatus dixit quod dominus Rex habet jn villa de fornelos quirelas (1) de hereditate regalengas et sunt manifeste et publicate et maiordomus recepit inde annuatjm rracionem de pane pro ad Ricum homjnem et tamen laborat eas et vtuntur

(1) coirelas.

homines mjlitum et ordinum et faciunt annuatjm de eis forum rregi. Jnterrogatus quod forum faciunt Regi dixit quod dant rregi. Jnterrogatus quod forum faciunt regi dixit quod dant regi terciam de hereditatibus de villa et quartam de monte et quilibet homo quj tenet uel laborat de isto rregalengo dant rregi singulos franganos et aliqui sunt qui dant decem oua et dant omnes pro regalengo quam laborant dant dennarios in annuduua regis. Jtem dixit quod de tota vila de fornelos pectant rregi uocem et calupnyam exceptis VI casalia que fuerunt de meyana donna dordia de quibus nom pectant uocem nec calupnjam. quorum habet modo sanctus Johanes de pendorata duo casalia et alia sex sunt de mjlitibus. Martinus petri de fornelos iuratus dixit simjliter. Jtem interrogatus si jste regalengus regis fuit nunquam populatus dixit nom. petrus petri de fornelos Juratus dixit simjliter. Martjnus petri iuratus dixit simjliter. Johanes maurus de transfontaao juratus dixit simjliter et addit quod in Casali sico et in pausada et in palacio et in quintana et in villa nom et jn transfontaao et jn auteiro jn totis istis ujlis jacent regalengi regi et uocantur iste ville tote fornellos.

Menendus menendi iuratus et interrogatus dixit quod de IIIJ.or (1) casalibus quos monasterium sancti Johanis de pendorata habet jn villa de Cortegaza pectant rregi vocem et calupnyam Et de alijs quatuor qui fuerunt de mjana nullum forum faciunt regi. nec de uoce. nec de Calupnya. Jtem dixit quod dominus rrex habet in villa de Cortegaça I (2) casale Regalengum et est depopulatum. Jnterrogatus quare est dépopulatum dixit quod rromanus uehegas. mjles tenebat istud casale regis et laborat illud et faciebat de eo forum rregi et modo uenit ita quod rramirus uehegas obijt et filij sui diuiderunt ipsum casale intersse (3) et miserunt illud cum sua hereditate. Et modo Egidius rroderici. filius de Roderico goncaluj de caluos vendit rroderico garsee de pauya et suam hereditatem quam habebat jn Cortegaça de patrimonio et rrodericus garsee

de Cortegaza

FOLHA CXXXXIX

ideo quod ipsum casale regalengum ambulabat cum ipsa hereditate quam comperauit. Rodericus garssee filiauit illud casale regalengum et modo donnus petrus pelagij qui tenet terram a rege uoluit metire ipsum casale. et Rodericus uoluit. et modo per discordiam de rroderico garssee et de dono petrus pelagij iacet casale regis depopulatum et nom est laboratum. Martjnus petri de Cortegaza iuratus dixit simjliter. Johanes maurus iuratus dixit simjliter.

Jtem Menendus menendj Juratus dixit quod martjnus petri de cortegaza. homo de sancto Johane de pendorata tenet IJ (1) leiras de hereditate regalenga jn termjno de mazaeira et vna iacet jn loco qui dicitur pomares. et alia Jacet in loco qui dicitur leiras et facit de eis forum Regi. Martjnus petri qui tenet istas duas leiras Juratus dixit simiļiter. Johanes maurus de transfontao maiordomus de areis Juratus dixit simjliter.

Jtem Menendus menendj de Cortegaza. iuratus dixit quod johanes ramjris ditus segurela. scutarius testauit Ecclesie sancti martjnj de fornelos vnam hereditatem regalengam in termjno de mazeeyra et uocatur iste regalengus seara maior. et tamen ecclesia facit de ea forum regi. de tempore nom recordatur. Martjnus petri de Cortegaza iuratus dixit quod Ecclesia habet istum regalengum et facit de eo forum.

Jtem menendus menendi Juratus dixit quod ipse et fernandus martjnj de cortegaza tenent vnam leiram regalengam regis in Cortegaza et faciunt de ea forum regi et morantur in hereditate sancti Johanis. martinus petri de Cortegaza iuratus dixit simjliter et addit quod ista leira iacet jn loco qui dicitur Codessaes. Johanes maurus Juratus dixit simjliter.

de mazeeira

Martjnus iohanjs iuratus et jnterrogatus dixit quod de villa de mazeeira que est de mjlitibus et de ordinjbus pectant regi uocem et calupnjam et addit quod dominus rrex habet jn villa de mazeeira leiras de hereditate regalenga multas et laborant eas homjnes de mjlitibus et de ordinjbus de villa de mazeeyra et faciunt de eis regi suum forum et sunt manjfeste et publicate. et maiordomus regis mensurat eas annuatjm et dant eciam omnes illi qui laborant ipsum regalengum singulos franganos et dennarios jn annuduua regis. Johanes maurus maiordomus iuratus dixit simjliter. Johanes maurus iuratus dixit simjliter.

(1) quatuor.
(2) unum.
(3) inter se.

(1) duas.

Jdem Martjnus Johanis iuratus dixit quod rodericus arias. scutarius tenet et habet et posidet vnam bonam hereditatem regalengam regis jn termjno de Mazeeira et uocatur ipsa hereditas seara. que fuit de donna arias et facit de ea forum regi et addit quod cum alia peza bona de hereditate regalenga. quam Ecclesia sancti martinj habet in mazeeira. que uocatur seara de donno rramjro uehegas haberet ibi dominus Rex vnum bonum casale et tamen Ecclesia facit de ea forum regis. Johanes maurus maiordomus de Areis dixit simjliter et addit ipse mensurauit totas Jstas hereditates. Johanes maurus iuratus dixit simjliter.

Johanes maurus de transfontao iuratus et jnterrogatus dixit quod de duobus casalibus. qui monasterio sancti Johanis habet in villa noua pectant regi vocem et calupnyam et unum de Jstis casalibus est forarium rregis apreconandi terram pro ad concilium et costiendi captum. custodiendi ganatos de pinora dominj terre. et istud casale est depopulatum et perdit inde dominus rrex suum forum. Martjnus nogueyra de trauanca iuratus dixit simjliter et addit quod debet custodire captum et ganatos per tercium diem. Johanes maurus de mazeeira iuratus dixit quod ista casalia de villa noua sunt foraria de isto foro.

de villa noua

Johanes maurus de transfontaao Juratus et interrogatus dixit quod de villa de guisandi est honor et nom pectant regi uocem nec calupnja nec faciunt regi aliud forum nisi tamen quod vadunt jn hostem cum corpore regis. et addit quod homines de gujsandi qui sunt de mjlitibus et ordinjbus laborant et habent et vtuntur regalengum Regis de regaufi et faciunt de eo regi forum sicut faciunt de ipsis regalengis prescriptis. Johanes iohanis de guisandi Juratus dixit simjliter et addit quod omnes illi qui laborant de isto regalengo regis dant illi vnum franganum et x oua et dant ad anuduua regis denarios et addit eciam quod martinus menendi. ditus reboulo. mjles tenet vnam pezam de isto regalengo et facit de eo forum regi. Egas petri iuratus dixit simjliter. Mingueirus Johanis juratus dixit simjliter. D. (1) pelagij dixit simjliter. Johanes maurus iuratus dixit simjliter.

de Gujsandi

Michael fernandi clericus. Juratus dixit quod casale de Alujos est Regalengum regis et iacet depopulatum de longo tempore. Petrus diaz de fornelos iuratus dixit simjliter. Martinus monje de trauanca iuratus dixit simjliter et addit quod istud casale est depopulatum per mjlites qui laborant eum. Johanes maurus dixit iuratus simjliter.

Dominicus pelagij iuratus e interrogatus dixit quod medietas de sarauagos debet esse de domino rege et sunt IIIJ.or (1) casalia. Jnterrogatus si habet dominus Rex totam medietatem dixit quod dominus rrex habet medietatem de racionem de pane de tota vila. Jnterrogatus si homjnes qui morantur in uila de sarauagos dicunt se esse homjnes regis uel si sunt in sua comenda uel maladia dixit nom sed sunt homjnes mjlitum et ordinum. Jnterrogatus si faciunt rregi forum sicut suj homines uel si dant regi direyturas de casalibus tales quales dant mjlitibus et ordinjbus. dixit quod dominus rrex nom habet jn villa de sarauagos homjnem nec casale populatum. sed pro regalengos quem laborant dant regi de tota villa duos franganos et x oua et vnam freamam et IIJ varas de bragal. Jnterrogatus quod forum faciunt dominjs suis de quolibet casali. dixit quod dant de quolibet casali vnum alqueire de manteiga et vnam spatulam de porco et vnum cabritum et caponem et x oua.

de sarauagos

Pelagius martini de sarauagos iuratus dixit simjliter. Johanes maurus de mazeeira Juratus dixit similiter.

Petrus petri iuratus et interrogatus de patronatu Ecclesie sancte leocadie de trauanca dixit quod illi qui sunt exprogenje de dono egea monjz de vrtigoza presentant ipsi Ecclesie. Egas dias Juratus dixit simjliter. Martjnus monjz iuratus dixit simjliter. Johanes gomes iuratus dixit simjliter. petrus pelagij dixit simjliter.

de trauanca

Petrus petri iuratus et interrogatus dixit quod in villa de trauanca habet dominus Rex IIIJ.or (1) casalia Regalenga et est inde vnum populatum et IIJ (2) sunt depopulata et habet alias hereditates multas Regalengas quas nom sunt de istis casalibus et laborant eas homjnes de militibus et de ordinjbus et faciunt de eis forum regi et sunt manjfeste. et publicate et quicunque laborant regalengum dant regi singulos franganos et oua et denarios ad anuduuam. Egas diaz iuratus dixit simjliter. Martinus monjz iuratus dixit simjliter et addit quod Johanes alfonsy scutarius donj petri pelagij tenet duo casalia

(1) sic.

(1) quatuor.
(2) tres.

de istis et laborat eas et addit quod *sunt* depopulata. iuratus dixit sicut Martjnus monjz. petr*us* pelagij dixit simil*iter*. Martjnus nogueyra iur*atus* dixit simjliter.

Jtem Petr*us* petr*i* iur*atus* dixit q*uod* de tota villa de tr*a*uanca pectant regi uocem et calupnjam. exceptis de duobus casalibus q*ue* sunt mod*o* de Elujra ermigij et de filiis suis q*ue* casalia fuer*unt* de meono (1) donno Egea et de miana (2) et adit portagines de tr*a*uanca sunt de rege. Egeas diaz iuratus dixit simjliter. Martin*us* monjz iur*atus* dixit si*mjliter*. Johanes gomes dixit si*mjliter*. Petrus pel*agij* dixit simjl*iter*. Martinus nogueyra Juratus dixit simjliter.

portagem

D*omi*njcus monjz iuratus et interrogatus dixit q*uod* in villa de ortigoza est honor et nulum *forum* (3) faciunt regi nec pectant regi uoce*m* et calupnjam. tam*en* dixit q*uod* gontina d*omi*njci q*ue* moratur in hereditate de tarauq*ue*la tenet q*ui*nque leiras de hereditate regalenga in vrtigosa. et fernand*us* ramjriz. milles tenet alias qujnq*ue* et casale de Aroana mjchaelis et alias q*ui*nq*ue*. et petr*us* petr*i*. homo de fernando ramjris milite alias q*ui*nque. Et donnas andreas. homo de monasterio s*an*cti Joha*nis* de pendorata alias q*ui*nque. et dona Marya de petr*a*ria q*ue* moratur in hereditate s*an*cti Joh*an*is simjliter tenet alias q*ui*nq*ue* et vnum casalle de fratr*i*bus ospitalis tenet alias q*ui*nque. et alias q*ui*nq*ue* leiras tenet vnus homo de tarauq*ue*la et alias de fernando ramjres. et alias de s*an*cto Johane. et Ausendina q*ue* moratur in hereditate donny petr*i* pelagij tenet vnum campum regalengum jn loco q*ui* d*icitur* lameyra de figuciredo. de toto jsto regalengo faciunt regi suum for*um*. *sicut* dant illi de pane raçionem et d*a*nt pro illo denarios ad anuduuam regis. St*ephanus* michaelis iurat*us* dixit quod vrtigosa est villa honorata et nulum for*um* faciunt regi. D*omi*nic*us* michaelis Juratus dixit quodomn*es* isti prediti tenent et laborant regalengum regis et faciunt de *omne* for*um* regi. *Petrus petri* d*ictus* cuyn*h*a Jur*atus* dixit simjl*iter* et allij.

de ortigosa

Jt*em* d*omi*njcus monjz iur*atus* et inter*rogatus* dixit q*uod* Ecclesia s*an*cte leocadie de tr*a*uanca tenet e h*abe*t et possidet de istis regalengis rregis de trauan*c*a et de vrtigosa de longo tempore et seruit eos regi. St*ephanus* mjles iur*atus* dixit *simjliter*. petr*us* pet*ri* Juratus dixit similiter.

(1) senhor.
(2) madama ou madona.
(3) deest.

D*omi*njçus Joh*an*is de fonte coop*er*ta iur*atus* et inter*rogatus* de patronatu s*an*cti andree de sooselo dixit q*uod* Abbas Monasterij s*an*cti Joh*an*is de pendorata pr*e*sentat dicte Ecclesie. Michael pel*agii* de sooselo iurat*us* dixit similiter. Egas pet*ri* dixit simjliter.

de parrochia sancti Andree

D*omi*njcus Joh*an*is Juratus dixit q*uod* de villa de fonte coop*er*ta q*ue* est de s*an*cto Johane de pendorata e de dona Therasia pet*ri* et q*ue* fujt de Miana nullum forum faciunt regi.

Jtem Dominjcus Joh*an*is Juratus dixit q*uod* jn fonte coope*r*ta h*abe*t d*omi*n*us* Rex bonos regalengos conjtos et publicatos et laborant et vtunt*ur* eos homin*es* de fonte Coop*er*ta et faciunt de eis suum for*um* regi. et addit q*uod* dant regi omn*es* illi q*ui* laborant regalengum de fonte coop*er*ta singul*a*s galjnas et x oua et denarios ad anuduua regis. t*am*e*n* no*m* sunt homjnes regis. Egas pet*ri* de sooselo Juratus dixit simjl*iter* et addit quod h*abe*tur in villa jsta vinea regalenga. D*omi*ni*cus* mar*tini* dixit simjl*iter*.

Michael pelagij Juratus et int*errogatus* dixit q*uod* de villa de sooselo q*ue* est de monasterio s*an*cti Joh*an*is de pendorata pectant rregi uoce*m* et calupniam et portagines sunt de rege. et maiordomus regis pignorat et constr*i*ngit jn sooselo pro totis suis directis et addit quod in villa de soosello et in suo termjno h*abe*t d*omi*n*us* rrex Regalengos manjfestos et publicatos et laborant eos homjnes de soosello. et faciunt de eis for*um* regi de anuduua et de ouis et de galjnjs. et dant regi suam p*a*rtem de pane. et addit q*uod* d*a*nt pro entr*o*uiscata de q*u*olib*et* casali vnum franganum et v.[e] (1) oua et addit eciam q*uod* pro sexta p*a*rte de casali de Egea pet*ri* dat egeas pet*ri* regi anuatjm vnum bragale de foro. Egeas pet*ri* Juratus dixit simjl*iter*. Dom*i*njcus martini iur*at*us dixit simil*iter*. et Ricus homo debet filiare pulmentum (2) in ista uila. et addit q*uod* de casali q*uod* fuit de Martino uehegas de sooselo dant rregi pro regalengo q*uod* laborat tres varas de bragal de foro. Mart*inus* mi*chaelis* jurat*us* dixit simjliter. Guim. uehegas Juratus dixit simjliter.

de sooselo

portagem

Michalis pelagij de soosello iur*atus* et inter*rogatus* dixit q*uod* omn*is* homo q*ui* barcum et recte jn pesqueira de dorio jn termjno de perrochia s*an*cti Andree de sooselo et mactauerit solium uel truytam

de Riuo

(1) quinque.
(2) conducto—tudo o que se come com o pão.

debet dare regi. et q*ua*ntos solios uel truitas mactauerit debet totos dare regi. et pr*i*mum saualum et lampream q*uam* mactauerit debet eos dare regi. Jtem q*ui*cunq*ue* homo q*ui* mactauerit piscatum pr*i*mi duo pisces quos filiauerit excepto solio uel truyta debent esse illius q*ui* eos filiauerit. et postea de quanto piscato filiauerit. data Eccl*es*ia decima. debet d*omin*us Rex habere quartam p*ar*tem. Jt*em* maiordomus regis deb*et* hab*ere* vna diem ano jn saluo pro ad se totum piscatum q*uod* morierit p*er* vnum diem in pisqueira de morteda. et maiordomus debet ibi metere suum barcum et suum rete et suum piscatorem. et addit q*uod* jn Jsto termjno sunt iiij.^{or} pisqueiras et de pisqueira q*ue* uocatur de Morteira debet Rex hab*ere* de iiij (1) diebus vnum et mittere jn ea suum homi*nem* cu*m* suo barco et cu*m* sua rete si uoluerit. et q*ua*ntum piscatum filiauerit in ipso die est totu*m* regis. et si d*omin*us Rex uoluerit mittere jn ipsa pescaria suum homi*nem* et suum barcum dabit ips*um* diem cui voluerit pro suo qui*ni*one uel jn dono si placuerit. Jte*m* si forte aliqu*is* fecerit aliquam piscariam jn hoc termjno exceptis jstis quatuor debet de ea facere for*um* regi. sic*ut* superius est scr*i*ptum. Egas petr*i* de sooselo Juratus dixit si*mj*l*iter*. Domi*n*jcus martini de Sooselo iura*tus* dixit simjliter.

FOLHA CL

Martjnus mjchael*is* iur*atus* dixit similiter. Martjnus petr*i* de Sobrado iur*atus* dixit s*imiliter*. Gun. uehegas dixit simjl*iter*.

Michael pelagij de Sooselo Juratus et inter*rogatus* dixit q*uod* villa de paazos est de mjlitibus excepto uno casali q*uod* est de tarouq*u*ela. et jsta ujla de paazos fuit de mjana (2) et de Mjono (3) dono Egea et est villa honorata et nulum for*um* facit regi. ta*men* dixit q*uod* d*omin*us rex h*abe*t jn villa de paazos regalengos publicatos et manjfestos. et laborant eos homjnes de paazos. et faciu*n*t de eis for*um* regi. et dant ei suas directuras de franganjs et de ouis. et dant denarios pro isto regalengo quem laborant ad anuduuam regis de lameco. Egas petr*i* de suoselo. Jura*tus* dixit s*imjliter*. D*omin*jcus mar*tinj* dixit s*imjliter*. Mar*tinus* m*ichaelis* iur*atus* dixit

de paazos

(1) quatuor.
(2) madama ou madona.
(3) senhor.

simjl*iter*. Mar*tinus* petr*i* de sobrado dixit simil*iter*. Gunsaluus ueegas dixit simjl*iter*.

Martinus petr*i* de sobrado. juratus et jnter*rogatus* dixit q*uod* de sobrado pectant uocem et calupnyam rregi. et dant jntoruiscada et portagines de sobrado sunt de rege. et maiordomus pignorat et constrangit p*er* se pro totos sujs direitis jn villa de sobrado q*ue* est foraria Regis custodiunt captum p*er* tres dies. et ganatos de pignora Regis et ap*re*cona*n*t terram pro ad concilium. et dant annuatjm Regi de jsta focaria in festo natalis do*minj* pernam de porco. et vnam t*eygu*lam de tr*i*tico. et jn madio duas varas et duas partes de vara de bragale. et Ric*us* homo et maiordom*us* debent pausare jn jsta focarya si uoluerint. Mic*hae*l pel*agii* de soosela iuratus dixit simjl*iter*. Egas petr*i* dixit s*imjliter*. Domi*n*jcus mar*tinj* Juratus dix*it* simjl*iter*. tamem de focaria no*m* dant jntrouiscadam se*d* debe*n*t preconare pro ad illam. Martjnus m*ichae*l Juratus dixit simjl*iter*.

de sobrado

portagem

Menendus m*ichaelis* Juratus et inter*rogatus* dixit q*uod* de villa de Couello est de Militib*us* et de ordinjbus de longo te*mpore*. jnter*rogatu*s de foris regis dixit quod couello est villa honorata et nulum for*um* facit Regi. t*amen* dixit q*uod* ipse moratur jn hereditate s*an*cti Joh*an*is de pendorata. et tenet et laborat iij leiras de hereditate regalenga q*uarum* Jacent due leire jn termjno de Couello in loco q*ui* d*icitu*r redondelo ad fontem de ordial. et alia iacet jn Ripario. vbi uocitant Regalengum et facit de eis for*um* Regi. et dat p*ro* direitura duas galljnas et viginti oua regi. et denarios p*ro* ad anuduuam Regis de lameco. Pe*trus* me*nend*j iur*atus* dixit simjl*iter*. Johanes monjz Juratus dixit simjliter. Menendus ramjriz Juratus dixit simjliter.

de Couello

Jt*em* Pe*trus* me*nendi* caualo de Couelo Juratus dixit q*uod* ipse moratur in hereditate s*an*cti andree de Soosello. et tenet et laborat duas pezas de hereditate regalengo jn termino de Couelo jn fontem Coop*er*ta. et facit de ea for*um* regi. et dat pro directura Regi de Jsto regalengo vnum franganum e v.^{e} (1) oua et denarios ad anuduuam. Mar*tinus* ramjriz iur*atus* dixit simjl*iter*. Petrus menendi dixit similiter.

Johanes monjz de Couelo Juratus dixit q*uod* ipse tenet vnam pezam de Rega-

(1) quinque.

lengo et laborat eum et moratur jn hereditate de Alfonsso petri alcoforado. et facit de eo forum regi et est publicata et manjfesta. Jnterrogatus de loco quod sub vluaria jn loco qui dicitur dornas. Petrus menendj de Couelo iuratus dixit similiter. Menendus Ramjris Juratus dixit simjliter.

Jtem Johanes monjz Juratus dixit quod menendus pelagii. homo de tarauquela tenet vnam pezam de hereditate Regalenga Regis jn termjno de Couelo. jn loco qui dicitur dornas et facit de ea forum Regi. Menendus ramjriz Juratus dixit simjliter. Petrus menendi Juratus dixit simjliter.

Menendus ramjriz iuratus et interrogatus dixit quod tota varzea de Couello per Ripam de Ripario et campos Regalengos quam tenet menendus mjchaelis quomodo uadit per Ribam de Ribeyro ad Castaneum de lauandeira tota est regalenga Regis. excepta vna peza de Campo qui est de casali de alffonsso petri alcoforado. qui campus est diujsus per marcos cum Regalengos. et excepta alia peza de hereditate de valasco laurencio de Cuya. que est simjliter partita per marcos de regalengo. et excepta alia peza de hereditate que est de monasterio de tarauquela. que simjliter est partita per marcos cum regalengo. tota alia varzea est regalenga et totam Jstam varzeam Regalengam habent et possident laurencius pelagii curuus et valascus laurencij et Maior petri que fuit vxor de dono Alfonsso roderici rendamor. et nullum forum faciunt Regi. de tempore nom recordatur. Johanes monjz de Couello Juratus dixit simjliter. petrus petri de Couello Juratus dixit simjliter et addunt quod suezius menendi prelatus sancti Jacobi de peayoões taliauit inde vnum bonum castinarium Regis. Michael de Couelo Juratus dixit simjliter. Michael Johanis Juratus dixit simjliter.

Menendus ramjriz de Couelo Juratus dixit quod de Cabanas que est de sancto Johane de pendorata pectant regi vocem et calunjam et uadunt ad intoruiscadam. et maiordomus regis pignorat et constrangit in hac villa pro totis suis directis. et addit quod dant maiordomo almeitigam (1) vna vice jn ano. scilicet dant illi comedere de tribus carnibus cum duobos homjnjbus. et panem et vinum. Jtem dixit quod dominus rex habet in termino de Cabanas vnum bonum regalengum jn loco qui dicitur trigaes. Jnter Cabanas et faraste. et

de cabanas

(1) almoço ou leve refeição.

homines de sancto Johane laborant et habent Jstum regalengum et nulum forum faciunt Regi. et addit quod leuabit de semente bene tres modios. Johanes monjz Juratus dixit simjliter. Petrus menendi de Couello Juratus dixit simjliter. Michael de couello Juratus dixit simjliter. Michael Johanis iuratus dixit simjliter et addit quod ipse tenet vnam pezam de Regalengo jn Couello et facit de ea forum regi.

Jtem Michael dixit quod homo qui moratur jn casali de fonte cooperta de tarauquela tenet vnam hereditatem Regalengam Regis. jn fonte cooperta. jn loco qui dicitur baldemar et nullum *forum* (1) facit Regi. Michael Johanis de Couello iuratus dixit simjliter. Menendus ramjriz de Couelo iuratus dixit simjliter.

Jtem Johanes Michaelis Juratus et interrogatus dixit quod de villa vluaria que est de mjlitibus et de ordinjbus de testamento de longo tempore pectant Regi vocem et calupnjam. exceptis duobus casalibus que fuerunt de dono affonso ramjriz quorum habet modo vnum Monasterium de tarauquela et aliud alfonsus alcoforado. et maiordomus regis jntrat jn totam aliam vilam de vluaria. et pinorat et constrangit per totis suis direitis. et addit quod in villa de vluaria habetur vnum casalle quod fuit de Michael froyaz herdatore. de quo dant anuuatjm maiordomo regis ad prandium uel ad cenam ad comedendum cum vno homine de mensa et vno serviente de duobus carnjbus et panem et vjnum ad suficienciam. Petrus michael de vluaria iuratus dixit simjliter et addit quod uadunt ad intoruiscadam. Michael iohanis dixit simjliter. Martjnus Couelo Juratus dixit simjliter.

de vluaria

Jtem Johanes michaelis dixit quod homo qui moratur in vno casali de pendorata tenet duas leiras de hereditate regalenga jn termjno de vluaria. et una est jn loco qui dicitur lama de murganjos et alia jn loco qui dicitur Gouuerigo et illi qui habent illud casale quod fuit de Michaele froyaz. qui fuit herdator tenent et habent sex quirelas de hereditate regalenga. quarum jacet vna jn loco qui uocatur Corredoyra. et alia jn ventosa et Alia jn Gouverigo. et alia jn vale ventoso. et alia iacet jn barrario. et alia jn palude. de tota jsta hereditate dant Regi suam racionem de panem. et dant denarios ad anuduuam de lameco. Petrus Michaelis Jura-

(1) deest.

tus dixit simjliter. Michael Johanis Juratus dixit simjliter. Martjnus Couelo Juratus dixit simjliter.

Johanes Michaelis de vluaria Juratus et jnterrogatus dixit quod villa de bolo est duo casalia. et vnum est de tarauquela. et aliud de Roderico garsee. et de villa de Bollo. nom pectant regi uocem nec calupnyam. nec faciunt ei aliud forum. Jnterrogatus quare nom pectant uocem nec calupnyam dixit quod fuit de donno E. ramjrez. patri de donno petro fernandj portugal. Petrus mjchaelis de vluaria Juratus dixit simjliter. Johanes laurency de Bolo. homo de Rodericus garsse Juratus dixit simjliter. et addit quod ille tenet quatuor pezas de Regalengo jn termjno de bollo. quarum iacet vna peza jn loco qui dicitur varzea de portu et alia super leuada de Molendjno. et alia iacet jn varzea de Castaneo. et alia iacet jn loco qui dicitur gouverigo. Jnterrogatus quod forum faciunt de Jsto Regalengo dixit quod dat quartam de pane et vnum franganum et decem oua et denarios ad anuduuam.

de bolo

Egas pelagij descamaram Juratus et jnterrogatus dixit quod villa descamaram et villa mediana et Murigraaes et villa pouca sunt cautum per patronos de sancto Johane de pendorata. Jnterrogatus quis fecit istum cautum dixit quod ut ipse audiuit dominus Rex Alfonssus per auus istius regis cautauit istas villas donno sarracino menendj. dicto spina et nullum forum faciunt regi. tamen dixit quod dominus Rex habet in villa pauca hereditates rregalengas rregis. et vineas. et in villa mediana simjliter habet dominus Rex suos regalengos publicatos et manjfestos de quibus faciunt suum forum. et jsti regalengi iacent jn Couto. ff. petri de villa pauca iuratus dixit simjliter et addit quod ille tenet tres pezas de regalengo. duas jn loco qui uocatur Redoucas et alia ad petram de prouato. Jtem dixit quod martjnus fernandi tenet aliam pezam de Regalengo eodem loco. Jtem dixit quod Johanes pelagij de villa pauca tenet duas leiras de hereditate Regalenga jn redoucas et vnam pezam de vinea jn villa. Jtem dixit quod duram fernandj tenet duas leiras de vinea jn villa pauca Regalengas. Jtem dixit quod petrus michaelis et martinus fernandi de villa pauca tenent duas pezas de Regalengo jn Ripa de pauja jn loco qui dicitur ameal. et jacent iste due peze extra cautum. Jnterrogatus quod forum faciunt rregi dixit quod dant quartam de pane Regi et sextam de vino et suas directuras et denarios ad anuduuam Regis. Martjnus fernandj de villa pauca dixit simjliter. Johanes pelagii dixit simjliter. petrus michaelis dixit simjliter. Duram fernandj dixit simjliter. Et maiordomus Regis jntrat jn istum cautum pro totis suis directis de Jsto Regalengo et pignorat per se pro toto (1) sujs directis.

Johanes monjz de villa mediana Juratus dixit quod ille tenet vnum campum Regalengum jn termino de villa mediana quem est cautum jn loco qui dicitur vao de caneiros et Stephanus garsse de villa mediana tenet eodem loco alium campum regalengum et Toda Johanis de villa mediana aliud campum Regalengum eodem loco et tenet extra cautum vnam pezam de Regalengo jn loco qui dicitur Ordaes. et de toto jsto Regalengo dant regi quartam de pane et quilibet homo uel mulier qui hunc regalengum laboret dant vnum franganum et x ova et denarios ad anuduuam Regis. tamen nom dicunt se esse homjnes Regis. Stephanus de villa mediana Juratus dixit simjliter et maiordomus simjliter pignorat et constrangit pro totis suis directis sicut jn villa pauca.

Dominjcus menendi de villa uerde Juratus dixit quod de villa uerde que est de sancto Johane de pendorata de testamento mjlitum. pectant Regi uocem et calupnyam. et maiordomus Regis pignorat et constrangit jn hac villa pro totis sujs directis et addit quod jn villa uerde et jn suo termjno habet dominus Rex suos regalengos quos laborant homjnes de villa uerde et faciunt de eis forum regi et dant suas directuras et dant denarios ad anuduuam. Dominicus pelagy dixit simjliter. Petrus dominjci dixit simjliter.

de villa uerde

Martjnus petri prelatus ecclesie sancti martjny de mujmenta termjno de sancto fijnz Juratus et interrogatus de patronatu ejusdem ecclesie dixit quod milites presentant eidem ecclesie. Michael laurency de figueiredo iuratus dixit similiter. Johanes martini dixit simjliter.

de moymenta

Michael laurency iuratus et interrogatus dixit quod in villa de figueiredo habet dominus Rex vnum casale regalengum et habet unam pezam de hereditate regalenga que nom est de casali et tenet ipsum regalengum. Johanes martjnij homo de monasterio de tarauquela. et facit de ea forum Regi. interrogatus si est ipsum casale populatum dixit quod est. Dominicus petri de Moymenta dixit simjliter. Johanes martjnj qui tenet ipsum regalengum de-

de figueiredo

(1) leia-se *totis*.

uassum dixit simjliter. Alfonsus iohanis de moymenta Juratus dixit simjliter et addit quod de figueiredo pectant Regi uocem et calupnyam et portagines sunt de rrege.

portagem

Dominjcus petri iuratus dixit quod de villa de Moimenta que est mjlitibus et est villa honorata nullum forum faciunt Regi. Michael laurencij de figueiredo iuratus dixit simjliter. Martinus petri Juratus dixit simjliter. Alfonsus iohanis iuratus dixit simjliter.

de moymenta

Jtem dominjcus petri dixit quod inter gujmara et figueiredo in loco qui dicitur habet dominus Rex vnam pezam de regalengo et laborant eum (1) et tenent homines de monasterio de tarauquella et de Monasterio sancti Johanis comorantes jn gujmara. Alfonssus Johanis iuratus dixit simjliter.

de Gujmara

Jtem dominicus petri dixit quod dominus Rex habet jn villa de pazoo duas pezas de Regalengo. quorum iacet vna peza jn loco qui dicitur lauandeira et alia Jacet jn varzea da el et uocatur Regalengo. Jnterrogatus quis tenet uel laborat ipsos regalengos dixit quod homjnes de Monasterio de tarauquella et de sancto Johane de pendorata morantes jn paazoo tenent ipsos Regalengos. Alfonsus Johanis Juratus dixit simjliter. petrus iohanis de pazoo Juratus dixit simjliter et addit quod dant Regi de regalengo de lauandeyra annuatjm vnum modium et ad alium rregalengum uenit maiordomus Regis et addit eciam quod pro isto regalengo quem laborat dant denarios ad ¦anuduuam regis et j (2) franganum et decem oua.

de pazoo

Petrus uehegas prelatus Ecclesie sancti xpofori (3) de spadanedo Juratus et jnterrogatus dixit quod predicta Ecclesia sancti xpofori et tota eius perrochia Jacent jn Cauto sancte Marie de tarauquella et nullum forum faciunt Regi. et addit similiter quod

de Cauto de tarauquela

FOLHA CLI

Monasterium de tarauquela et ejus parrochia tota iacet simjliter jn Cautu de tarouquela. Jnterrogatus si est cautus per patronos dixit quod per patronos. Jnterrogatus quis Rex fecit istum cautum dixit quod fuit fautus jste cautus per dominum rregem sancium. auum jstius rregis. Johanes petri de pinheiro iuratus dixit simjliter. Stephanus martini Juratus dixit simjliter. Duram pelagij de Ribeiro Juratus dixit simjliter. Jnterrogatus si habent cartam de cauto dixit quod habent.

Duram pelagij de Ribeiro Juratus et interrogatus dixit quod homjnes de mjlitibus et de monasterio de tarauquela morantes jn Cauto de tarauquela tenent et laborant quatuor leiras de hereditate regalenga extra cautum Jnter parrochia sancti xpofori et parrochia sancti andree de sooselo. Jnterrogatus de loco dixit quod iacent jn loco qui dicitur auelaeda. tamen faciunt de eis forum Regi. Petrus ueegas prelatus sancti xpofori predicti dixit simjliter.

de Ribeiro

Pelagius Johanis dictus sagiom iuratus et interrogatus de patronatu Ecclesie sancti Jacobi de peeyoes. de terra de sancto finjs dixit quod milites presentant eidem ecclesie. Petrus dias de lamas iuratus dixit simjliter. Menendus dias dixit simjliter. Petrus gomez iudex dixit simjliter.

Jdem Pelagius Johanis Juratus dixit quod ganxada est tota regalenga et est unum casale et dant regi de eo quartam et suas direituras et addit quod quicunque habitauerit jn hoc casali debet esse de foro maiordomus de terra et de areis. Petrus gomes iudex dixit similiter sed dixit quod debet esse maiordomus de terra de sancto saluatore.

de ganxada

Jtem Pelagius Johanis dictus sagiom Juratus dixit quod Ecclesie de peeyoes habet et possidet quatuor leiras de hereditate regalenga. de isto casali de ganxada et nullum forum facit regi et addit eciam quod hermitagium donny roberti tenet simjliter vnam leiram de Regalengo de Jsto predito casali regis et simjliter nullum forum facit Regi. Jnterrogatus de tempore quo predicte Ecclesie habent preditos regalengos dixit quod nom Recordabatur. Jnterrogatus de loco vbi jacent ipse leire dixit quod due Jacent jn conchouso de ganxada et alie tres jn termjno de ganxada jn loco qui dicitur saxos.

Jtem pelagius Johanis Juratus dixit quod laurencius petri de matos Milles tenet vnam vineam de jsto casali regis de ganxada et dat jnde annuatjm regi duos puzaaes (1) de vino et maiordomus Regis nom mensurat vinum de ipsa vinea sed dat inde mjles predictum forum. Jnterrogatus de loco quo iacet ipsa vinea dixit quod jn loco qui dicitur cruzes. Jnterro-

(1) sic.
(2) unum.
(3) Christofori.

(1) certa medida de vinho.

gatus de tempore dixit *quod* nom recordatur.

Jtem Pelagius iohanis pre*dic*tus iura*tus* dixit *quod* Dominus Rex h*abe*t jn villa q*ue* uocatur de Johane vnum casale Regalengum de q*uo* dant Regi terçiam de pane et de ujno et suas direituras. Jte*m* addit quod ermesenda pet*ri* tenet jn termino de casali de Johane vnam vineam Regalengam q*ue* nom est de casali stiuadam (1) de vno puzal et solebant de ea dare terciam et maiordomus regis no*m* mensurat vinum de ista vinea nec uocatur ad aliud et *tamen* dixit q*uod* si dant terciam sic dant de alijs vineis regalengis et sic solebat dare. Redderet Regi annuatjm j (2) modjum uel magis et addit q*uod* de duobus casalibus q*uos* h*abe*t in casali de Jo*hane*. Monasterium de salzeda que fueri*t* de mjana nulum for*um* faciunt Regi et addit eciam q*uod* ipse mensarauit vinum de ipsa vinea de tercia pe*r* multas vices. Pet*rus* gomez iudex Juratus dixit simjl*iter* et jstud casale Regalengum Redit Riq*ui* homjny q*ui* tene*n*t terram de s*an*cto saluatore e iacet jn terra de s*an*cto fijnz.

de casali de Johane

Jte*m* pelagius sagiom iuratus dixit *de Sauto* q*uod* dom*inus* Rex h*abe*t jn sauto vnum Regalengum casale et aliud suum forarium. Jnte*rrogatus* si aliquis tenet uel h*abe*t de Jsto casali regalengo dixit q*uod* egas baldemjro de Barreyros compe*r*auerit de xpoforo (3) t*r*es pezas de ista hereditate regalenga et de jsta foraria regis in termjno de barreiros et m*od*o ipse Egas baldimjro h*abe*t ipsas tres pezas de hereditate et nulum for*um* facit Regi nisi *tamen* q*uod* dant t*r*es alqueires de pane Regi. et addit q*uod* istud casale Regalengum es*t* depopulatu*m*. Jnte*rrogatus* pe*r* q*uod* est depopulatum dixit q*uod* pe*r* istas leiras q*uas* nom h*abe*t casale et pe*r* Riq*ui* homjnes q*ui* tenent terram a rege q*ui* faciunt eis malum. Jnte*rrogatus* q*uod* for*um* faciunt Regi de isto casale forario Regis dixit q*uod* dant Regi annuatjm de foro de ipso casali vnam te*igu*lam de t*r*itico et vnam te*igu*lam de centeno et vnam pe*r*nam de porco et vnum bragale et debent de ipso casale custodire captos et ganatos de pignora. Pet*rus* gomez Judex dixit simjl*iter*. Domjnjcus marti*nj* de Sauto iuratus dixit simjl*iter*. Egas baldimjro Juratus dixit q*uod* Comparauit istum Regalengum.

Jtem Joh*an*is de s*an*cta Columba Juratus dixit quod petrus laurencij de Crescomj compe*r*auit de xpoforo (1) vnam pezam de Regalengo jn termjno de barreiros de casali regalengo de sauto q*uam* fuit de Monjo maza et m*od*o filij de ipso pet*ro* laurencij. h*abe*nt ipsam pezam de ipsa hereditate et dant de ea Regi annuatjm vnam te*igu*la*m* de pane. Jnte*rrogatus* de loco dixi*t* q*uod* in barreirus super via. circa aliud Regalengum q*uod* tenet Egas baldimjro pelagius sagiom. iu*ratus* dixit simjl*iter*. Pet*rus* gomez judex dix*it* simjl*iter* xpoforus martjnj dixit simil*iter*.

Jte*m* pelagius Joh*an*is sagiom iuratus dixit q*uod* de villa de barreirus q*ue* fuit honor de meono (2) don*no* Egea nullum for*um* faciunt Regi. Egas baldjmjro Juratus dixit simjl*iter*. Johanes garsee dixit simil*iter*. Pet*rus* gomes iudex dixit simjl*iter*.

de Barreiros

Jte*m* Pelagius Joh*an*is dictus sagiom Juratus dixit q*uod* Pet*rus* joh*an*is de lamas. homo de Monasterio de salzeda tenet jn termjno de (3) vnam bonam deuesam Regalengam et Castaneos et vineam et nullum for*um* faciunt Regi. et uocatur ipsa deuesa de auteiro. q*uo* m*od*o partit cum me*n*endo Rubeo. Xpoforus marti*nj* Juratus dixit q*uod* de vinea Jsta dant Regi rracionem de vino et dant maiordomo pro castaneis et pro deuesa almeytiga (4). Pet*rus* gomez Judex dixit sicut xpoforus martjnj Me*n*endus Rubeus dixit simjliter.

de lamas

Pet*rus* suaris homo de Monasterio de salzeda Juratus et inte*rrogatus* dixit q*uod* de hereditate de Autario q*ue* uocatur de abadessa dant Regi annuatjm de foro vnum bracalem et pectant Regi vocem et calunyam et vadunt in ostem et in anuduuam et addit q*uod* pelagius Joh*an*is piliteiro tenet et laborat vnam pezam de regalengo in villa de auteiro i*n* loco q*ui* d*icitu*r tareigia et dat de ea annuatjm terciam pa*r*tem de fruito pe*r* maiordomum Regis. Pelagius Joh*an*is. q*ui* tenet ipsum regalengum. iu*ratus* dixit simil*iter* et addit q*uod* ille tenet aliam leiram de Regalengo in auteiro in chousal et dat simil*jter* regi terciam pa*r*tem de fructu et addit eciam q*uod* de hereditate de Me*n*endo rubeo de auteiro villano nullum fo*rum* faciunt Regi. Jnte*rrogatus* pe*r* q*uod* sunt ita exempto dixit q*uod* pe*r* vsum. Martjnus Joh*an*is de auteiro iu*ratus* d*ixit* simj-

de autaryo

(1) certa medida determinada e approvada.
(2) unum.
(3) Christoforo.

(1) Christoforo.
(2) senhor.
(3) deest nomen.
(4) almoço, ou pequena refeição.

liter. pelagius sagionis iuratus dixit simjliter.

Pelagius iohanis dictus sagioni iuratus dixit quod dominus Rex habebat vnum casale jn Couaes et ipsum casale est stiuado (1) ad quatuor modios annuatjm et nullum forum facit Regi. et addit quod maiordomum Regis metire ipsum casale et monasteri de Carcaly habet ipsum casale modo et nullum aliud forum facit regi. nec homo qui moratur in ipso casali nom dicit se esse hominem Regis. nec dat Regi alios foros. petrus gomez iudex dixit simjliter per totum. prior de Carcary dixit quod istud casale est stiuatum ad quatuor modios per cartam et addit quod monasterium de Carcary guama a uit illud tempore Regis Sancij fratris jstius Regis.

de casali de Couaes

Egas petri de Bouzoos. iuratus. dixit quod de villa de bouzoos pectant Regi vocem et calupnjam et portagines sunt de rrege. et vadunt ad intoruiscadam (2). Stephanus carnjfex. iuratus dixit simjliter. petrus gomez iudex dixit simjliter.

de bouzoos

portagem

Stephanus carnifex iuratus dixit. quod de villa de antimir pectant Regi vocem et calupniam. et uadunt ad intoruiscadam. et portagines sunt de Rege excepta Grangia de quo nom faciunt regi forum. pelagius sagiom. iuratus dixit simjliter. Petrus gomez Judex dixit simjliter et addit quod dominjcus Johanis de antimir homo Monasterij sancti Johanis de pendorata tenet in sauto Justi vnam pezam de Regalengo de quo dat Regi annuatjm I (3) teigulam de pane et caponem. et x oua. et dat denarios ad anuduuam.

de Antimjr de sancto Johane

portagem

Jtem pelagius iohanjs dictus saion dixit quod Ecclesia de lameco habet jn villa de Antemir. vnum casale quod fuit Regalengum. et vt ipse audiuit dominus Rex Sancius auus istius Regis dedit petro filio de Lameco ipsum casale. Stephanus carnifex dixit similiter. Petrus gomez Judex dixit similiter. et addit quod dominus Rex. habet jn antimir vnam pezam de Regalengo. jn loco quj dicitur teyxugueiras. et dant Regi annuatjm. duas teygulas de pane de stiua. pelagius martini de antimir qui tenet istud Regalengum. iuratus dixit simjliter.

de alio anten.ir

Alffonssus iohanis gato. iuratus et interrogatus dixit quod ipse moratur in vno casali de donno petro pelagii curuo jn Ventosela. et tenet quatuor pezas de Regalengo in ventosela. et dat Regi annuatjm. vnum quartum de stiua de Jsto Regalengo. et vnam galjnam. et v.^e (1) oua et denarios pro ad anuduuam de Lameco. Jnterrogatus de loco quo Jacet iste Regalengum. Dixit quod due leyre iacent ad casale de cracony. et alie due jn loco qui dicitur algara. Pelagius sagiom dixit simjliter. Petrus gomez Judex. dixit simjliter. Laurencius Johanis de uentosela Juratus dixit simjliter.

de Ventosela

Jtem Alfonsus iohanis Juratus. dixit quod de vno casali quod Monasterium de salzeda. habet jn ventosela. quod casale vocatur de herdadores dant Regi annuatjm de foro ij (2) quartas de pane. et duas galljnas. et x oua. Petrus gomez Judex. dixit simjliter. Pelagius sagionis dixit simjliter laurencius Johanis dixit simjliter.

Jtem Alfonssus iohanis Juratus dixit quod de vno casali quod Monasterium de tarauquela habet jn ventosela. in quo casali moratur: Petrus Johanis. dant regi annuatjm de foro ij (2) teygulas de milio et de Centeno. et vnam galjnam et v.^e (1) oua et uadunt ad jntoruiscadam et pectant Regi uocem et calupnyam et dant denarios ad anuduuam. Regis. petrus gomes Juratus dixit simjliter. et addit quod de isto casali solebant dare Regi. vnum quartum de pane. Pelagius sagiom dixit simjliter. Laurencius Johanis dixit simjliter.

Jtem alfonssus iohanis. iuratus. dixit quod de casali de portella quod Monasterium de Arouca habet jn ventosela. in quo casali moratur Dominjcus Robalo. dant Regi annuatjm de foro j (3) teygulam de pane. et j galinam et v.^e oua. et dat denarios ad anuduuam et nullum forum aliud faciunt Regi. Petrus gomez Judex dixit similiter. Pelagius saiom dixit simjliter. laurencius Johanis dixit simjliter.

Jtem Alfonsus Johanis dixit quod de alio casali quod Monasterium de salzeda habet jn ventosella in quo casali moratur laurencius Johanis dat Regi annuatjm de foro ij alqueires de pane et dat denarios ad anuduuam. Petrus gomez Judex dixit simjliter. pelagius saiom dixit simjliter. laurentius iohanis dixit simjliter.

Jtem Alfonsus iohanis. juratus dixit quod de vno casali quod Martjnus sancij clericus de tarauquela. habet jn ventosella. dant Regi annuatjm de foro. vnum almu-

(1) medida certa e determinada.
(2) Direito dominical mui frequente nos principios da nossa monarchia.
(3) unam.

(1) quinque.
(2) duas.
(3) unam.

de de pane et denarios ad anuduuam regis. et pectant vocem et calupniam et uadit ad introuiscadam. Petrus gomez Judex dixit simjliter. pelagius saiom dixit simjliter. laurencius Johohanis dixit similiter.

Jtem petrus gomez Judex. dixit quod in Cabrela habet dominus Rex vnum casale regalengum. de quo dant regi anuatjm vi modios de pane et de vino de stiua et de foro. et xij Rigueifas et j almude de vino. et debet facere. quatuor vices in quolibet mensse carreiram Regi. Jn termjno de castelo de sancto fijnz. et nom debet exire extra termjnum de Castelo pro ad faciendam carreyram Regi. et addit quod si forte uoluerint sacare istud casale de Jsto pro quod nom rredet tamen regi. pelagius saiom dixit simjliter.

de Cabrela

Jtem Petrus gomez iudex. dixit quod in cabrela habet quartam partem de sex leiris. quas tenet et laborat vno homo de Monasterio de Carcari. et dat in annuatjm Regi quartam partem de fructibus. de ipsis sex leires. et vnum caponem. et x oua et denarios ad anuduuam regis. pelagius sagionis. iuratus. dixit simjliter.

Johanes Johanis. Juratus et jnterrogatus. dixit quod de vno casali quod Ecclesia Sancti christoforio de Nogarya habet jn sancta Columba et de alio quod ibi habet Monasterium sancti Johanis de pendorata. pectant Regi vocem et calupnjam. tamen maiordomus nom Jntrat jn ipsa Casalia. et nullum aliud forum faciunt Regi tamen dixit quod de Jstis duobus casalibus tenent et laborant tres leiras regalengas. et dant de eis annuatjm Regi j (1) franganum. et v.e (2) oua. et terciam partem de pane per maiordomum terre. Jnterrogatus. de loco quo Jacent jste leire. dixit quod in Cortinalibus de Jstis casalibus. Pelagius sagiom. dixit simjliter. Stephanus ueegas Juratus dixit simjliter.

de sancta Columba

Jtem Johanes iohanjs. Juratus dixit quod in Rascauelas habet Rex

FOLHA CLIJ

vnum casale Regalengum et est depopulatum. interrogatus per quod dixit quod per anuduuam de lameco.

Jtem petrus Alfonsi iuratus dixit quod Johanes de setal. homo de pelagio hermjgiz fecit vnam Casam et stat de ipsa casa maior pars jn Regalengo. et tenet in Regalengo vnam conchousam (1). et vnam aream. et nullum forum facit Regi. Martjnus alfonsi. Juratus dixit simjliter. et addunt isti duo quod ipse Johanes de setal. comperauit vnam bauzam et sautum de isto casali Regalengo. et de bauza dat Regi Racionem de pane. et de sauto nullum forum facit. et est homo de pelagio hermjgiz. et moratur in sua hereditate.

(1) Fazendinha ou pequeno espaço de terra tapado sobre si.

petrus feo. Juratus dixit simjliter. Petrus martjni de Ruuaes. iuratus dixit simjliter.

Johanes menendi. Juratus et interrogatus. dixit quod medietas de Aloes est Regalenga. et alia medietas est de hermjtagio donny Roberti. Jnterrogatus. unde habuit hermjtagium medietatem de ista villa. dixit quod donnus Robertus populauit illam per donnum Menendum monjz ad forum. quod medietas esset de Rege. et alia medietas esset de hermitagio. Jnterrogatus quod forum faciunt. dixit quod sunt vndecim casalia. et dant de foro de quolibet casali vnum modium de pane de Jugata (1). et dant de quolibet casali vnum corazil et vnam teygulam de pane. et duo oua. et singulos medios Afusaes. de lino et dant de tota vila duas galinas. et duas teygulas de pane. et totum istud forum habet dominus Rex per medium cum hermitagio. et dant Regi. jn medio. j. carneirum. et vnum sexteiro de pane. et pectant Regi vocem et calupnjam. et portagines habent per medium. et jn hostem et annuduuam. Jnterrogatus. si habent cartam de isto foro. dixit quod habuerunt. cartam de foro de donno Menendo. monjz et de donna xpina (2) et amjserunt eam. Pelagius dominjci de Aloes. Juratus dixit simjliter. et addunt quod de porco montes debent. dare regi lumbum cum iiij.or costis. et de Corza lumbum.

de Aloes

portagem

Johanes menendi Juratus et jnterrogatus dixit quod ville bone cum totis suis termjnis sicut diuidit per Agujar. et per strada. et dejnde per cuto de choqueyne. et per aquam de Ripa lapa. quo modo uertit aquam de bestancia. et de alia parte per aquam de fendares corrente aqua ad festanciam. sunt Regalenge Regis. Jnterrogatus. quod forum faciunt Regis de istis villis. dixit quod dant de quolibet casali. j. modio de secunda (3). et si habuerit vineam ex quando dederit vinea quinque modios. debent dare duos puzaes. et iste panis debet dari per teygulam de bustelo. et dant de quolibet casali. j. afusal de lino et corazil siue galjnam et teygulam de Centeno. et singulos ouos. et maiordomus debet dare. vnam fogazam triticeam. et aliam centenam. et vnum quartum in carne. et alias directuras. et foros sicut continet jn sua carta quam habent de foro quam fecit illis donnus Menendus monjz et vxor eius donna xpina (2).

de villis bonjs

(1) direito real.
(2) Christina.
(3) pão de milho e centeio.

jn Era M.C.LX. Et nos Inquisitores vidimus cartam ipsam. et dant Regi per vsum de istis villis. jn festo sancti Martjni. j. marabitinum. et singulos almudes de pane de quolibet casali. D. pelagij Juratus dixit simjliter. Petrus menendi iuratus dixit simjliter. Alter dominjcus pelagij. iuratus. dixit simjliter.

Jtem Johanes menendi Juratus et jnterrogatus. dixit quod Stephanus martjni de chaa mjles et petrus martjny frater eius habent et possident et tenent. j. bonam quintanam cum vineis. et ortis et sautis et laboribus jn isto Regalengo regis de villis bonis intus predictos termjnos de vilis bonis. et nulum forum faciunt Regi. Jnterrogatus. quod uel qualiter uel unde habuerunt ipsi Milites ipsam quintanam jn isto Regalengo Regis dixit quod pater illorum habuit ipsam qujntanam. et fillij habent eam modo. Jnterrogatus vnde pater jllorum habujt jpsam quintanam. dixit quod pelagius maurus villanus morabatur jn ipso loco et vendidit ipsum locum martjno menendi pater illorum mjlitum. Jnterrogatus. de nomine de quintana dixit quod uocatur chaa. Dominjcus pelagij Juratus dixit simjliter per totum excepto quod audiuit quod martjnus menendi pater illorum mjlitum habuit per comparam jstam quintanam et jstum locum petrus menendi Juratus dixit sicut dominus pelagij Alter dominicus pelagij Juratus et interrogatus. dixit simjliter. donnus buuso Juratus dixit sicut dominicus pelagij. Et addit quod dominjcus de chaa tenet et habet adhuc duas pezas de hereditate Regalenga jn villa bona et tamen da eis octauam de fructum Regi. Johanes menendi dixit sicut donnus buiso de istis leiris. Dominjcus pelagij Juratus dixit simjliter Alter dominjcus bujso Juratus dixit simjliter.

Jtem Johanes menendi iuratus dixit quod pelagius hermjgij milles tenet et habet duas leiras de hereditate Regalenga jn termjno de villa bona et uocatur ipse leire. de Murzelos et tamen dat de eis octauam de fructu Regi per maiordomum Regis. Jnterrogatus. de tempore. dixit quod de longo tempore. dominjcus pelagij dixit simjliter. et addit quod scilicet ipsas leiras nom teneret quod darent de fructu ipsarum Regi quartam partem. Petrus menendi. iuratus dixit simjliter. donnus buyso. iuratus. dixit simjliter.

Jtem donus Buiso Juratus et jnterrogatus. dixit quod laurencius petri de matos mjles tenet et habet. iij. pezas de hereditate Regalenga jn villa bona et ta-

men dat de eis octauam de pane Regi. Jnter*rogatus*. de tempore dixit q*uod* nom Recordatur Joh*a*nes m*en*endi Juratus dixit si*mjliter*. do*mi*njcus pelagij iuratus. dixit simjl*iter* Alter do*mi*njcus buyso. iu*ratus* dixit si*mjliter*.

Martjnus m*en*endi Juratus et inter*rogatus* dixit q*uod* villa de g*ralh*eyra cum totis terminis *sicut* diuidit per Riuulum de Cabruu p*er* aqua*m* et uadit ad fontem de teixeira. ad penedo de Caniboo. et dejnde uenit p*er* cume de uarzena benef*a*cta. ad fontem de Ep*iscop*o de ameygoadas et uadit ad Castellum de Aq*ui*lar et ferit jn Cruce et p*er* Carreiru*m* antiquu*m* et ferit jn termjno de ouadas. et jn Cabruu est tota Regalenga. Jnter*rogatus* q*uod* for*um* faciunt Regi de Jsta ujlla Regalenga. dixit q*uod* dant de q*uolibet* casali hunu*m* modium de Jugata. et alios foros faciunt Regi. sic*ut* ressonat jn carta sua q*ua*m h*abe*nt de foro quam fecit populatoribus de g*r*aleira. donnus. *Menendus* monjz et vxor eius donna xpina (1). jn E*ra* M.C.LXXXIJ. Et nos jnq*ui*sitores vidimus cartam de foro.

de Gralheira

Pet*rus* pet*ri* dic*tus* gateira. iu*ratus*. et inter*rogatus*. dixit q*uod* villa de bustello. cum totis suis terminis sic*ut* uidit p*er* portam de muro et dejnde int*r*at jn bestancia et dejnde ad focem de Matelós. et dejnde ad jnfedares. et deinde in Carrario de gunsaluo garssee est tota Regalenga et populauit eam Monio froyaz pro sua Regis. p*er* cartam de foro q*ua*m fecit ipsi moniony fruyaz. Egas gosendiz et Elujra go*nsa*luy. de p*r*edic*t*a populac*io*ne de bustello p*er* ma*nd*ato de Regina dona tarasia. Jnter*rogatus*. de foris Regis de p*re*d*i*cta villa de bustello. dixit q*uod* dant Regi de Jugata de q*uolibet* casali. vj. quarteiros et suas direituras sic*ut* rressonat in Carta sua de foro. Et nos jnq*ui*sitores uidimus cartam de foro q*ua*m ut j*n* carta resonat fecit illis Egeas gosendiz et vxor eius dona Elujra j*n* Era M.C.LVJ. Mingachos de bustelo. iu*ratus*. dixit simj*liter*. Do*mi*njcus pelagij de bustello Juratus dixit simjl*iter*. pet*rus* pereyra Juratus dixit simjl*iter*. do*mi*njcus pet*ri*. iu*ratus* dixit simjl*iter*.

de Bustelo

Jtem pet*rus* pet*ri* d*i*ctus gateira. iu*ratus*. et jnter*rogatus*. dixit q*uod* monasterium de baltar h*abe*t jn villa Regalenga Regis de bustello duo casalia de q*ui*bus nullo (2) forum facit Regi. Jnter*rogatus*. vnde uel quo*modo*. uel q*ua*liter habuit Monasterium de baltar. jsta duo casalia dixit se nescire. Mingachos. Juratus dixit simjl*iter*. do*mi*njcus pelagij de bustelo iuratus dixit si*mjliter*. Pet*rus* pereyra. Juratus dixit simjl*iter*. do*mi*njcus pet*ri* iuratus dixit simjl*iter*.

J*tem* pet*rus* gateira. iu*ratus*. et jnter*rogatus*. dixit q*uod* laurencius pet*ri* de matos mjles tenet et h*abe*t jn uila Regalenga Regis de bustelo vnum casale de q*uo* casali nullum for*um* facit Regi. Jnter*rogatus*. vnde ipse laurencius pet*ri* mjles ha*buit* ipsum Casalle. jn hac villa regalenga Regis de bustello. dixit se nescire. Mingachos Jurat*us* dixit simjl*iter*. Pet*rus* pereira Juratus dixit si*mjliter*. do*mi*njcus pet*ri* iuratus dixit simjl*iter*.

Jtem pet*rus* pet*ri* d*i*ctus. gateyra Juratus dixit q*uod* St*ephanus* mart*inj* de chaa et alijs ex sua progenia h*abe*nt jn villa Regalenga Regis de bustello. duo casalia de q*ui*bus nullum for*um* faciunt Regi. Jnter*rogatus*. vnde habuer*unt* ista duo Casalia jn jsto Regalengo Regis dixit simjl*iter* se nescire. Mingachos Juratos dixit simjl*iter*. do*mi*njcus pelagij de bustelo Juratus dixit simjl*iter*. Pet*rus* pereira Juratus dixit simjl*iter*. do*mi*njcus pet*ri* Juratus dixit simjl*iter*.

J*tem* do*mi*njcus pet*ri* dic*t*us de bustello iuratus dixit q*uod* Ecclesia *sancti* pet*ri* de ferrarijs habet et possidet jn villa de bustello q*ue* est tota Regalenga jn suo termjno vnam bauzam de matellos et aliam de bydueiro et alliam de ualle de perdiz et laborat et h*abe*t istas bauzas et nullum for*um* facit Regi. Mingachos juratus dixit simjliter. Pet*rus* pereira Juratus dixit si*mjliter*. do*mi*njcus pelagij de bustello Juratus dixit si*mjliter*.

Pet*rus* pel*agij* de pumeyroo juratus et inter*rogatus*. dixit q*uod* villa de pomeyroo est tota Regalenga Regis. Jnter*rogatus*. q*uod* for*um* Regi de jsta villa dixit q*uod* dant de villa de pomeyroo. de foro de q*uolibet* casali. vj. q*ua*rtas de pane et duos puzaaes de vino et suas directuras sic*ut* Resonat jn Carta de foro q*ua*m ipsi demo*nstra*uit q*uod* fecit illis don*n*us M*en*endus monjz et vxor eius dona xpina. Et nos jnq*ui*sitores vidimus cartam ipsam factam j*n* Era M.C.LXXV. Pel*agius* pet*ri* Juratus dixit si*mjliter*. Martjnus m*en*endi Juratus dixit si*mjliter*.

de pomeyroo

J*tem* pel*agius* petr*i* Juratus dixit q*uod* pel*agius* Joh*anis* de pomeyroo testauit Ecclesie. *sa*nct*i* pet*ri* de ferrarijs duas leyras de hereditate Regalenga jn pomeyroo prope casam q*ua*m fuit de ipso pelagio Joh*a*-

(1) Christina.
(2) leia: nullum.

n*is* t*em*p*or*e istius Regis. Et m*od*o Ecclesia h*abe*t ipsas duas leyras et nullum fo*rum* facit de eis Regi. Pelagius petr*i* de pomeiroo Juratus dixit simjliter. Martjnus menendi. iur*atus* dix*it* s*im*j*liter*.

Nos vero Jnq*uisi*tores d*omi*nj Regis. Jnt*er*rog*amus*. de Comendis et Maladijs (1) et de Amjs mjlitum de terra de ferrarijs. inuenjmus q*uod* d*omi*n*us* Rex h*abe*t Comendam et maladiam p*er* vbi debet. Jnt*er*rog*amus* per q*uod* sunt regalengi Regis de terra de ferrarijs. depopulata. inuenjmus q*uod* per annuduuas.

JULGADO DO CASTELO DAREGAS

Pelagius pelagij p*re*latus Eccl*es*ie. s*an*c*t*i Michaelis de Anrriada. iur*atus*. et jnt*er*rog*atus* de patronatu eidem Eccl*es*ie. Pe*trus* martjny Judex de Aregos Juratus dixit simjl*iter*.

Egeas nig*er*. Juratus et jnt*er*rog*atus*. dixit q*uod* de jlla hereditate de Auteyro q*ue* uocatur de Caualas pectant Regi uoce*m* et calupnia*m* et uadunt jn hostem et annuduua*m* et debent custodire castelum de Aregos si necesse fuerit

de Auteiro

FOLHA CLXIIIJ

et debent dare adubum pro ad pan*n*os lauandos et modo ex t*em*p*or*e d*omi*nj Regis Sancy fr*atr*is jstius Regis Ecclesiam de Andriadi gaaniauit et comp*er*auit maiorem partem de Jsta hereditate. forarya Regis. pet*rus* martinj Judex Juratus dixit simjl*iter*. fernandus Joha*n*is Juratus dixit simjl*iter*.

Jtem Pelagius pelagij p*re*latus Eccl*es*ia s*an*cti Michaelis iuratus et jnt*er*rog*atus*. dixit q*uod* d*omi*njcus men*en*di de pausada iudex testauit Eidem Eccl*es*ie. q*u*intam partem de vno casali. jn pausada t*em*p*or*e istius Regis. et ipse prelatus *com*p*er*auit de domjnico pelagij genro de ipso d*omi*njco men*en*di aliam q*u*intam de vno casali t*em*p*or*e istius Regis. Jnt*er*rog*atus*. q*uod* for*um* debent facere Regi de Jsta hereditate dixit q*uod* pectant uoce*m* et calupnjam et uadunt jn hostem et annuduua*m* et debent custodire castellum rregis de Aregas si necesse fuerit. et leuere uetu*m* ad castellum pro ad abluendo pan*n*os. Egas njg*er* de andriadi Juratus dixit simjl*iter*.

Jtem pelagius p*e*l*agij*. prelatus p*re*dic*t*us iuratus et jnt*er*rog*atus*. dixit q*uod* Ecclesia s*an*c*t*i mjchaelis tenet vnos campos Regalengos et vnam deuesa*m* jn termjno de Andriadi et uoca*n*t ipse locus in q*uo* Jacent ipsi regalengi et ipsa deuesa. jnter ambas deucsas. et tam*en* dat de ipsis campis quartam partem Regi p*er* maiordomu*m* Regis. jnt*er*rog*atus* de temp*or*e. quo Ecclesia habuit istos campos et jstam deuesam. dixit q*uod* de tanto temp*or*e habuit. q*uod* no*m* recordatur. et addit q*uod* dat pro Eiradega decimam. P*etrus* mar*tjni* de Aregos Judex Juratus dixit simjl*iter*. ff (1) Judex de pausada Juratus dixit simjl*iter*.

P*etrus* mart*jni* Judex Juratus et jnt*er*rog*atus*. dixit q*uod* villa de barral est tota Regalenga et sunt. iiij.or casalia. Jnt*err*og*atus* de foris Regis. dixit q*uod* dant q*uar*tam de pane. et de vino et de lino et de legumjnibus Regi et da*n*t de q*uo*lib*et* casali Regi jn festo s*an*c*t*i Joh*an*is. j. te*y*gula*m* de t*ri*tico. et aliam de Centeno et vnum bragalle. et vnam freama*m* q*ue* ualeat. j. qr. (2) et vnum Capone*m* et x. oua. et jn festo natalis d*omi*nj spatulam de porco et vnam te*y*g*u*lam de t*r*itico et aliam de Centeno. et jn die p*r*ius carnj. j. cabritum. et dant de q*uo*lib*et* casali regi de pedida de maiordomo. vj. Regu*i*fas et q*uar*tum de carneiro. et addit q*uod* de vno de jstis casalibus debent custodire captu*m* et ganatos de pignora et de Alio debent leuare carnes. uel piscamj*n*a ad coquinam et de alio debet esse maiordomus. et pectant vocem et calupnja*m*. et de totis alijs foris sunt excusati. et addit eciam q*uod* Joha*n*es men*en*di gayo miles et fr*at*res eius tene*n*t duas pezas de hereditate de Jsto Regalengo de barral jn loco q*ui* di*citur* antas. et marlaes. et tamen dant de Jsto Regalengo q*uar*tam et qr (2) de Eiradega. ff. (1) Joh*an*is de pausada Juratus dixit simjl*iter*. gomez Joh*an*is dixit s*im*j*liter*.

de villa de barral

Jtem P*etrus* mart*jni* Judex Juratus

(1) Pensão que os Milites, ou Fidalgos recebiam dos seus inferiores.

(1) Fernandus?

(2) sic.

de Andriadi

dixit. q*uod* de villa de Andriadi que est de hospitali et de alijs ordinibus uidelicet de duobus casalibus q*uos* h*abe*t ibi monasteri*um* de bustello et de Cartas pectant Regi uocem et calupnjam et uadunt ad introuiscatam et de duobus casalibus et vna q*uintana* q*ue* h*abe*t ibi ordo hospitalis pectant Regi. calupnjam et foru*m* de hospitali.

Jtem pet*rus* mart*jni* Judex iuratus dixit q*uod* casalia p*redict*a de And*r* Radi q*ue* sunt de Monasterio de bustello et de monasterio de Carthary et de ordine hospitalis tene*n*t et h*abe*nt vtu*n*tur Regalengos m*u*ltos Regis. et viuunt p*er* eos. et casalia sunt pop*u*lata p*er* jstos Regalengos ex longo t*em*p*or*e. et dant Regi t*amen* quartam p*ar*tem de fructu de Jstis Regalengis p*er* maiordomu*m* rregis. et dant pro eyradega de quolib*et* jstor*um* quatuor casalium. singulos. q*uartari*os de pane et dant Eçiam Regi de foro Jstor*um* quatuor casalium de quolibet casali simjl*iter*. vnu*m* q*uartar*i*um* de pane et vnum puzal de vino et. j. tey*gu*lam de Castaneis. et de Casali vno de hospitali et de Casali de bustello dant Regi annuatjm de foro. j. capone*m*. et. x. ouua et de Alijs duobus casalibus q*ue* sunt de Monasterio de Cartari et de hospitali dant Regi sing*u*los capones et. xx. oua et addit Eçiam q*uod* homjnes quj morantur jn jstis quatuor casalibus dant denarios ad anuduua*m* Regis. ff. (1) Joh*a*nis de pousada. Juratus dixit simjl*iter*. gomecius Jo*hanis*. Juratus dixit simjliter.

de Meoraes

Jtem P*etrus* martjnj Judex Juratus dixit q*uod* de quatuor casalibus de meomaes q*ue* fuer*unt* de don*n*o Egea monjz. nullum for*um* faciunt Regi. et addit q*uod* tota alia villa de Meomaes pectant Regi homicidium uel rraussum uel bloidam (2) jn ore uel furtum si eum fecerint. t*amen* maiordomus Regis no*m* jntrat villam Et addit q*uod* de vno casali q*uod* Monasterium de t*r*auanca habet jn villa de meomaes dant Regi de foro annuatjm. j. q*uar*t*arium* de pane. et. j. tey*gu*lam de Castaneis et vnum capone*m*. et jstud casale fuit de Auo siue de fratre de laurencius pet*ri* de matos. et de alio casali q*uod* hospitale h*abe*t jn villa de Meomaes dant Regi annuatjm de foro simjl*iter*. aliud t*amen* fernandus Joh*a*nis de pousada juratus dixit simjl*iter*.

J*tem* petrus mart*jnj* Judex juratus dixit q*uod* vnum casale de Meomaes de templo tenet Regalengos Regis. jn loco q*ui* d*icitu*r Caaes. et laborat eos. et dat de eis Regi annuatjm q*uar*tam partem de fructu. et pro eiradega de decem alq*ueir*es. j. alq*ueir*e et tenet ad*h*uc vnum sautum Regalengum de q*uo* dat Regi annuatjm de foro. j. freamam. ff. Joh*an*is de pousada. iur*a*t*us*. dixit simjl*iter*. gomecius Johanjs Juratus dixit simjliter.

de pausada

P*etrus* mart*jni* Judex Juratus dixit q*uod* de villa de pausada de susaa pectant Regi homjcidium Rausum et bloidam (1) in ore et furtum t*amen*. et addit t*amen* q*uod* illi de pausada tene*n*t vnu*m* campum Regalengum jn loco q*ui* dicit*ur* Antas. et dant de ipso regalengo quart*am* partem Regi. et eiradegam. sex alq*ueir*es. et addit q*uod* ille tenet de Jsto Regalengo. ff. Joh*an*is de pausada Juratus dixit simjliter.

Jtem pet*rus* mart*jnj* Judex. dixit q*uod* hom*in*es hospitalis. et de Alijs ordinibus et de Militibus tene*n*t et h*abe*nt et vtun*tur*. vnum bonum sautum Regalengum jn loco q*ui* d*icitu*r de Caaes. et dant Regi de ipso sauto annuatjm de foro. xxviij franganos. ff. Joh*an*is de pausada Juratus dixit simjl*iter*. gomes Joh*anis*. Juratus dixit simjl*ite*r. et add*un*t isti q*uod* sautus q*uod* uocatur de baldimir et sautus de falcom. et sautus de s*an*cto xpoforo sunt Regalengi Regis.

de paredes

P*etrus* mart*jnj* Judex dixit q*uod* villa de paredes est tota Regalenga. et sunt. iiij.^or casalia. Jnt*errogatus*. q*uod* for*um* faciunt Regi. dixit q*uod* dant Regi de foro annuatjm de quolib*et* casali. iij. modios de pane et de vino. et de Castaneis. et suas directuras. et foros si*cut* Resonat jn carta q*uam* h*abe*nt de foro. et de piscarijs q*uam* (2) h*abe*nt jn dorio dant q*ui*ntam de piscato Regi et p*ri*mjdiuam Regi et solium et hiriz uel bona t*r*uita debet esset (3) Regis. ff. Joh*a*nis de pausada. Ju*ratus*. dixit simjl*iter*. gomez Johanjs. iuratus. dixit simjl*ite*r. Nos uero Jnq*ui*sitores vidimus cartam jn q*ua* Ressonabat q*uod* do*minus* Rex sancius fecerat p*er* co*n*silium dom*in*j hermigij m*enen*di q*ui* tenet terram de Aregos populatoribus de paredes de foro jn Era. M.CC.XVJ et haec carta caret sigillo et alio signo.

de Caldis

Jtem Pet*ru*s mart*jnj* Judex Juratus. dixit q*uod* villa de Caldas est tota de Rege. Jnt*errogat*u*s* q*uod* for*um* faciunt Regi dixit q*uod* pectant regi uocem et

(1) Fernandus?
(2) excremento humano.

(1) excremento humano.
(2) leia: *quas*.
(3) leia: *esse*.

calupnjam. et uadunt jn hostem.' et annuduuam et dant de quolibet quairella Regi. j. ss (1). et faciunt Regi siue suj Riqui homjny una viçe jn anno serujcium. Jnterrogatus per quod habet istud forum. dixit quod habent cartam Regis de foro de dominj regis Alfonssy pro Auy dominj Alfonsi rregis portugaliae et Comjtis bolonie. de Era. M.CC.XVJ.

Petrus martjni. iudex. Juratus dixit quod de ujlla de bafueiras pectant Regi uocem et calupnjam et uadunt ad jntrouiscadam Excepta quintana et una casali. quod fujt de donno petro Sturgido. et excepta vna focaria Regis de qua dant Regi cabalum jn hostem Regis de quibus nom uadunt ad introuiscadam. et addit quod de jsta focaria dant Regi Annuatjm pro fossadeira prima die Madij vnum bragalem et uadunt jn hostem et annuduuam et dat ille qui sedet jn capite de focaria lujtosam melius signum quod habuerit. gomecius Johanis dixit simjliter. ff. Johanis dixit simjliter. et addit quod si dederit bragalem prima die madij iam ipso anno nom ibit cum cabale in hostem. et si nom dederit bragalem et ipsum uocauerit ad hostem Regis ibit et dabit caballum jn hostem. Egas niger iuratus dixit simjliter. et addit quod uocatur focaria de monione dominjci. *de bafueiras*

Petrus martjni Judex Juratus dixit quod de villa sancto romano que est de Militibus pectant Regi maiores tres calupnjas et furtum et nullum aliud forum faciunt Regi. nec tamen de vno casali quod monasterium sancti Johanis de pendorata habet jn villa de sancto romano pectant Regi uocem et calupnjam et uadit ad jntoruiscadam et dant Regi annuatjm de foro. j. quartarium. de pane et teygulam de castaneis. et vnum caponem. ff. Johanis dixit simjliter. gomecius Johanis dixit simjliter. *de sancto Romano*

Jtem petrus martjni iudex Juratus dixit quod de ujlla de palma que est de Monasterio de trauanca. pectant Regi uocem et calupnjam et uadunt ad jntrouiscadam et dant portaginem et dant annuatjm Regi de foro de quolibet casali. j. quartarium de pane et teygulam de castaneis et vnum caponem. ff. Johanis de pausada dixit simjliter. gomecius Johanis dixit simjliter. *de palma* *portagem*

Petrus martjni iudex Juratus dixit quod de duobus casalibus quos monasterium de Arnoya habet jn villa de fornellos pectant Regi uocem et calupnjam. et uadunt ad jntrouiscadam et dant portaginem et dant de quolibet casalium istorum. j. quartarium de pane. Regi annuatjm de foro et teygulam de castaneis et caponem. ff. Johanis dixit simjliter. gomecius Johanjs dixit simjliter. *de fornellos* *portagem*

Egas mjchaelis Juratus et interrogatus. dixit quod de vno casali quod monasterium de pendorata. habet jn monasteriollo. pectant Regi uocem et calupnjam et uadunt ad jntoruiscadam et dant portaginem et dant Regi annuatjm de foro. j. quartarium de pane et teygulam de castaneys. et. j. caponem. et addit quod de duobus casalibus quos habet monasterium de trauanca jn Monasteriolo. nullum forum faciunt Regi. sed tamen solebant de vno casali de jstis de trauanca dare Regi portaginem et hire ad jntoruiscadam et solebant pectare uocem et calupnjam. Petrus martjni Judex. iuratus dixit simjliter. ff. Johanis dixit simjliter. Egeas njger de Andriadi Juratus dixit simjliter. *de Monasteriolo* *portagem* *portagem*

Dominjcus petri de Johabees Juratus et jnterrogatus. dixit quod de tota villa de Coruo debent pectare Regi vocem et Calupnjam et jre ad intoruiscadam et dare portaginem et maiordomus Regis solebat jntrare et pignorare pro totis sujs directis jn villa totam de Coruo. modo de duobus casalibus quos monasterium de Cartari habet in Coruo nullum forum faciunt Regi. Egas Michaelis de Monasteriolo Juratus dixit simjliter. ff. Johanis de pousada. juratus dixit simjliter. Egas njger de Andriadi. Juratus dixit simjliter. et addit quod ipse fuit maiordomus de Castello de Aregos et jntrauit jn Jstam villam de Coruo et pignoraujt pro calupnjis et uocibus pro se et constrangit pro totis alijs directis Regis. *de Coruo* *portagem*

Egas njger iuratus et jnterrogatus dixit quod de villa de mafamudes que est ordinum et mjlitum pectant Regi uocem et calupnjam tamen excepto de Casali medio. de quo nullum forum faciunt rregi. Petrus martjni Juratus Judex dixit simjliter. ff. Johanjs Juratus dixit simjliter. *de mafamudes*

Egas njger Juratus et jnterrogatus. dixit quod de villa de Agro bono et de villa de turneiro nullum forum faciunt Regi. nisi tantum quod pectant homjcidium et rrausum. et extercus jn ore et furtum. Petrus martjni Judex dixit simjliter. ff. Johanjs de pausada Juratus dixit simjliter. *de Agro bono*

Egas niger juratus et jnterrogatus. dixit quod de grangia pectant Regi uocem et Calupnjam et dant portaginem et maiordomus Regis jntrat jn ipsam gran- *de grangia* *portagem*

(1) solidum=soldo.

giam. et pignorat et constrangit pro sujs totis directis.

Jtem petrus martjni Judex. iuratus. dixit quod de ujlla de lauredo et de villa de lamas que fuerunt honor de dona Egea monjz nullum forum faciunt Regi. Egas njger. iuratus. dixit simjliter. ff. iohanis Juratus dixit simjliter.

Jtem Johanes garsse prelatus Ecclesie sancti pelagij de Guadis iuratus. et jnterrogatus de patronatu eiusdem Ecclesie. dixit quod mjlites presentant eidem Ecclesie et addit quod de ujlla de Guadis et de panchoria que fuerunt honor de Menendo gonsaluj nullum forum faciunt Regi. Petrus martjni Judex Juratus dixit simjliter. et addit quod de villa de Ramjres et de villa de papas que fuerunt de honore de Menendo monjz nullum forum faciunt Regi simjliter.

de Guadas

Johanes garssee. iuratus. et jnterrogatus dixit quod villa de Rozas est tota rregalenga. tamen Monasterium de Carcari habet jn medio de Jsta villa Regis vnum casale de quo habet monasterium de Carcari annuatjm. vj. quartarios. Jnterrogatus vnde habuit Monasterium de Carcari. jstud casale dixit se nescire. Jnterrogatus. quod forum faciunt Regi de jsta ujla dixit quod jsta villa fuit Jam populata ad forum de Jugata de sex quartarios de quolibet casali et suas direituras per cartam Regis. et postea fuit depopulata bene per viginti quinque annos uel per triginta. et modo dominus Rex Portugaliae et comes boloniae mandauit populare Jstam villam petro martjni Judici de Aregos ut ipse dixit et modo ipse Judex populaujt hanc ujllam ad forum et statuit in ea. qujndicim casalia tali pacto. videlicet quod dent jnde Annuatjm Regi de foro de quolibet casali. duos modios de pane. et dent de tota villa. Regi annuatjm prima die Madij singulas teygulas de Centeno. et dent duo homjnes vnam galjnam. et dent singulos panes de Centeno et singulos ouos et dent omnes jn simul duos carneiros. et dent jn natalem dominj. singulas teygulas de Centeno et singulos Corazijs et debent esse maiordomj ad inujcem et Maiordomus debet dare pro quitacione Regi annuatjm duos bragales per vara de vimaranjs. Et si riquus homo uel prestamarius (1) Regis uoluerit hospitari jn villa de Rozas debent illj facere serujcium

de Rozas

(1) Mordomo, ou rendeiro que cobrava os foros ou pensões.

vna vice jn Anno sicut iudex viderit expedire et pectant uocem et calupnjam et uadunt ad hostem et anuduuam. jnterrogatus. per quod habent istud forum dixit quod per usum quem posuit illis. petrus martjni. iuratus. dixit simjliter. ff. Johanis dixit simjliter.

Jtem Johanes garssee prelatus predicte Ecclesie. sancti pelagij. Juratus dixit quod de vna grangia quam Monasterium de baltar habet prope istam villam Regi de Bugas dant Regi annuatjm de foro. iij. quartarios de pane jn festo natalis dominj vnum almude de Centeno et medium corazil. Petrus martjni Judex dixit simjliter. ff. Johanis dixit simjliter.

Jtem fernandus Johanis. iuratus et jnterrogatus. de patronatu Ecclesie sancte Marie de fraguil. dixit quod Milites presentant eidem Ecclesie. Petrus martjni iuratus dixit simjliter. Egas mjchaelis Juratus dixit simjliter.

Petrus martjni iudex Juratus dixit quod de vno casali quod Monasterium danssedi habet jn villa de Auteyro parrochia sancte Marie de fraguil dant Regi annuatjm de foro. j. quartarium de pane et teygulam de Castaneis et vnum caponem et pectant vocem et Calupnjam. et de vno casali quod ibi habet Monasterium sancti Johanis. de tarouca. nullum forum faciunt Regi nisi tamen quod pectat maiores. iij. calupnjas et furtum. ff. Johanis de parada Juratus dixit simjliter. Egas michaelis. de monasteriolo iuratus dixit simjliter.

de Auteyro

Petrus martjni Judex iuratus dixit quod de tota ujlla de vigiam que est Militum et ordinum pectant Regi homjcidium et furtum excepto vno casali de vila bona Episcopi. quod fuit de dono Menendo monjz de quo nullum forum faciunt Regi. et uocem et calupniam addit quod de vno casali quod est de Roosendi et de alio de Curugeira. quod est de Ecclesia de fraguul. pectant Regi vocem et Calupnjam et uadunt ad jntorujscadam et dant de quolibet Regi de foro. j. quartarium de pane. et vnam teygulam de Castaneis. et vnum caponem. et de vno Casali quod ibi habet Monasterium de paazoo. pectant Regi uocem et calupnjam et portaginem. ff. Johanis Juratus dixit simjliter. Egas michaelis. iuratus. dixit simjliter.

de vigiam

portagem

Petrus martjni judex juratus dixit. quod de villa de Casali que fuit et est de honore de fraguul quod simjliter fuit de donno gunsaluo mauro. nullum forum faciunt Regi. nisi tamen quod pectant homi-

de Casali

cidium. Egas *michaelis*. dixit *simjliter*. ff. Johanis dixit *simjliter* et *tamen* jsta villa est de villanis.

Petrus martjni judex Juratus. dixit. *quod* de villa de fragil et de villa de Nogueyroo *que* fuerunt de honore de donno egea monjz nullum forum faciunt Regi. Egas *michaelis*. Juratus dixit simjliter. ff. Johanis Juratus dixit simjliter.

de fragil

Petrus martjni Juratus dixit. *quod* vinaes est tota Regalenga Regis. jnterrogatus *quod* forum faciunt Regi. dixit *quod* fuit populata ad forum de Octo casalibus. et dant Regi de quolibet casali. vj. *quartarios* de Jugata. et sextam de vino. et tres afusaes de lino. et dant de quolibet casali jn festo natalis dominj. corazil et teygulam de tritico et teygulam de Centeno et dant prima die Madij. iij. uaras et *media*. de bragal de quolibet casali. et dant de tota ujlla vnam teygulam de tritico et quartam de vino et pectant uocem et calupnjam et vadunt jn hostem et Annuduuam et uadunt ad intoruiscadam. Jnterrogatus *per quod* habent jstud forum dixit *quod* habuerunt cartam de foro et amiserunt eam. ff. Johanis Juratus dixit simjliter. et addit *quod* si forte aliquod casale depopulatur ab istis. maiordomus Regis mensurat ilud de quarta.

de vinaes

Petrus martjni judex Juratus dixit *quod* villa de atiam est tota foraria Regis de Cabalaria. Jnterrogatus *quod* forum faciunt Regi. dixit *quod* dant Regi annuatjm prima die Madij. pro fossadaria. j. bragalem. et si dederit bragalem jn ipso Ano nom debent dare Cabalum jn hoste Regis. et dant Regi de ipsa villa. iij. *quartarios* de pane racione *quod* maiordomus nom hospitetur cum illis nec comedat cum eis. et dant Regi de serujcio annuatjm teygulam de tritico. quartam de vino. et pectant vocem et calupnjam et uadunt jn hostem et annuduuam et dant lujtosam. ij. marabitinos et jn ipso anno jn quo obierit jnde homo dabit luytosam. j. uice jn anno et nom magis et dant de portagine de bone medium bragalem si uenderit illum. et dant de Allijs uendis quas uendiderint. ij. denarios de marabitino. Jnterrogatus *per quod* habuerunt jstud forum. dixit *quod* habuerunt cartam et ut credit amjserunt eam. Egas *michaelis* Juratus dixit simjliter. ff. Johanis Juratus dixit simjliter. Johanes *martjni* de Atiam Juratus dixit simjliter. et addit *quod* Rex dedit jstam hereditatem ad istud forum.

de Atiam

portagem

Jtem *petrus martjni* Juratus dixit. *quod dominus* Rex habet jn termjno de Atiam vnum regalengum bonum *qui* uocatur Regalengos de Castello. et homines de Atiam laborant et tenent ipsum regalengum et dant de eo Racionem Regi per maiordomum regis. et de Eiradega. j. *quartarium*.

Nos uero interrogati *per quod* sunt Regalengi Regis depopulati et ujlla Regis de Caldas jnvenimus *quod per* male factoriam mjlitum per donnum fernandum nunjz Reuelado *qui* facit multum malum jn villa Regis de Caldas et *qui* uoluit perutere Judicem Regis ideo *quod* dixit illi. *quod* nom feceret malum ipsis homjnjbus Regis. *pelagius pelagij*. prelatus de andriadi. Egas *michaelis*. *Stephanus pelagij*. clericus et. ff. Johanis et alij multi dixerunt simjliter.

Jtem *Petrus martjni* Judex dixit *quod* villa de Panchora est tota Regalenga. Jnterrogatus. *quod* forum faciunt Regi. dixit *quod* dant Regi de quolibet casali. vnum modio (1) de pane de foro. et suas directuras *sicut* Ressonat jn Carta de foro. ujdelicet. dant de quolibet casali singulos afusaes de ljno. et dant de tota villa almude de tritico et medium carneyrum *qui* ualeat. ij. ss. (2). et dant jn festo natalis dominj de quolibet casali teygulam de Centeno et Corazil et dant de quolibet casali jn Madio. iij. teygulas de Centeno et debent esse ad inuicem maiordomj de sua villa et maiordomus dat Regi annuatjm pro quitacione. xiiij. uaras de bragal. et pectant vocem et calupnjam et uadunt jn hostem et ad annuduuam et dant portaginem. ff. Johanis Juratus dixit simjliter. Egas *michaelis* Juratus dixit simjliter.

de panchora

portagem

Jtem fernandus Johanis iuratus. dixit *quod* villa de taliada est tota Regalenga. Jnterrogatus. de foris Regis dixit *quod* dant Regi de foro de quolibet casali de foro. j. (3) modio de pane. et dant jn festo natalis domjny. teygulam Centeno. et corazil. siue galljnam. et dant prima Madij singulas teygulas de Centeno. et dant duo vnam galjnam. et dant omnes. j. carneirum de uno anno et debent esse ad inujcem maiordomj de sua villa. et maiordomus dat annuatjm Regi pro quitacione. x. uaras de bragal et pectant vocem et calupnjam et uadunt ad hostem et annuduuam et dant portaginem. jnterrogatus. *per quod* habent istud forum dixit *quod* per Cartam *quam* habent de foro.

de taliada

portagem

(1) leia: *modium*.
(2) solidos.
(3) leia: *modium*.

Jtem fernandus Johanis Juratus de patronatu Ecclesie sancti Cipriany. dixit quod Monasterium de Anssedi et alij mjlites presentant dicte Ecclesie. Petrus martjni Judex dixit simjliter. Egas michaelis Juratus dixit simjliter.

Jtem petrus martjni Judex Juratus dixit quod de villa de Couelias que est mjlitum et ordinum pectant Regi uocem et Calupnjam et uadunt ad intorujscadam et dant portaginem et jbant ad hostem et annuduuam et de vndecim casalibus de Conchas solebant dare Regi annuatjm de foro novem quartarios de pane et nouem capones. et modo nom dant jstum panem. nec vadunt jn hostem nec jn annuduuam nec eciam dat capones et addit quod casale de petro suierij dicto coyros de Couelias quod est ex parte vxoris sue. tenet vnam hereditatem Regalengam. et dat de ea Racionem. Regi per suum maiordomum Regis solebat jntrare jn jstam villam pro totis suis directis. et pignorare et constrangere et pausare. et modo nom est ausus illuc jntrare propter minas de Militibus. Egas michaelis Juratus dixit simjliter. ff. Johanis. Juratus dixit simjliter. Egas niger Juratus dixit quod de jstis predictis casalibus debent dare Regis ipsos novem quartarios. et capones. et facere Regi totum predictum forum.

de Couelias

portagem

Jtem fernandus Johanis iuratus dixit quod de villa de lagars que fuit et est mjlitum. nullum forum faciunt Regi. nec tamen quod pectant homjcidium et Rausum et extercus jn hore et furtum. Petrus martjni Judex dixit simjliter. Egas michaelis dixit simjliter.

de Lagars

Jtem Petrus martjni Judex dixit quod de villa de lauredo que est quatuor casalia de Militibus dant Regi annuatim de foro de quolibet casali. j. quartarium de pane. et. j. teygulam de Castaneis et vnum caponem et de tribus istorum casalium dant Regi annuatjm de foro singulos medios bragales. et addit quod casale de Elujra petri vxore de Remondo Roderici de goes et aliud casale de Orraca petri de matos tenent. ij. pezas de hereditate Regalenga jn termino de lauredo. et vna Jacet Circa sautum de sancto xpofforo. et alia iacet jn loco qui dicitur falcom. et dant de jstis Regalengis Regi Racionem de pane per maiordomum regis. et Eiradegam. ff. Johanis Juratus dixit simjliter. Egas michaelis Juratus dixit simjliter.

de Lauredo

Jtem Petrus martjni iudex Juratus dixit quod de Casali de prado quod est de petro coiros pectant Regi uocem et calupnjam et uadunt ad jntoruiscadam et dant annuatjm de foro. j. quartario de pane et teygulam de Castaneis et caponem et dat portagem. et maiordomus Regis pignorat et constrangit jn isto casali pro totis sujs directis. Egas michaelis dixit simjliter. ff. Johanis Juratus dixit simjliter.

portagem

ff. Johanis iuratus et jnterrogatus dixit quod villa de nogaria est. xiij. casalia et qujnque casalibus que fuerunt de donno gomecio menendi de pineyro. et modo sunt de hospitali. et de laurencio petri de matos. et de fillijs de martjnus Roderici et de Magro vicencio nullum forum faciunt Regi nisi tamen homicidium et Rausum et extercus jn hore et furtum. Et de totis alijs casalibus et de villa de nogaria pectant Regi uocem et calupnjam et uadunt ad jntoruiscadam et dant portaginem et maiordomus Regis jntrat et pignorat et constrangit per totis suis direitis jn Jstis octo casalibus. Egas michaelis Juratus dixit simjliter. ff. Johanis Juratus dixit simjliter. Gomecius Johanis Juratus dixit simjliter.

de Nogueira

portagem

Jtem petrus martjni Judex dixit quod de villa de Matos que est Militum et ordinum pectant Regi homjcidium et rausum et cetera tamen gomez Johanes Juratus dixit simjliter. Egas mjchaelis Juratus dixit simjliter. ff. Johanis dixit simjliter.

de Matos

Jtem Petrus martjni Judex dixit quod de tegulato quod est mjlitum. pectant Regi homjcidium et Rausum et cetera tamen Egas Michaelis Juratus dixit simjliter. ff. Johanis dixit simjliter.

Jtem petrus martjni Judex dixit quod de villa de lagariza que este (1) mjlitum et ordinum pectant Regi homjcidium et Rausum et cetera. et addit quod isti homjnes de lagariza tenent et vtuntur Regalengos Regis. publicatos de quibus dant Regi Racionem de pane per suum maiordomum. et dant eciam pro jsto Regalengo quo tenent. de quolibet casali medium bragale. et teygulam de Castaneis. et vnum caponem. et addit eciam quod tenent vnum sautum regis. Egas michaelis. Juratus dixit simjliter. ff. Johanis Johanis (2) iuratus dixit simjliter. Petrus aluardam de lagariza Juratus dixit simjliter.

Nos uero. Jnterrogati de comendis et Maladijs et de Ames mjlitum de hereditatibus forarijs rregis et de Regalengis inuenjmus quod domjnus Rex habet comendam et maladiam.

Nos Eciam jnquisitores dominj rregis

(1) leia: *est.*
(2) nome repetido.

jnuenimus per priorem et capitullum de Carcari *quod dominus* Rex Alfonsus pro Auus *dominj* Regis Alffonsi *portugaliae* et Comjtis *bolloniae*. testauit Monasterio de Carcari Cauellos *que* est villa et alia loca *que* sunt vinee *predicti* Monastery. et predictos *prior* et Capitulum *conquisti* fuerunt *nobis quod* Martjnus *alfonsi* et giraldus Alfonsi fillij de Alfonsso Roderici Rendamor. faciunt malum jn ipsis testamentis Regum et dicunt ipsos *testamentos* Regum esse suos.

REESENDE

Jtem nos *uero* jnquisitores jnvenimus per bonos homjnes *quod* qujntana de Reesende et Mirom vinoos hafaones. Saes. Cima de Reesende Mazas. Curugeiras. Tedoes Murganjos. firoos filgueiras. chaos Ciriugos. veiroos Pumeiral. Randufe viniaes. Ecclesia *sancti* saluatoris *Sanctus* milianus. paredes Nuuoes Nadaes. tauoadelo. villa garsea *quintana* Coruo. tote jste ville sunt de honore de Reezendi *que* fuit de Meono (1) *donno* Egea. et hic honor diuidit per *petram* de proua. et jnde per *aquam* de dorio. et ex alia parte diuidit cum aregos et de Alia *cum sancto* Martjno de Mauris.

de Reesende

(1) senhor.

DE TERRA DE SAM MARTJNHO DE MOUROS

Johanes gomes Judex de *sancto* Martjno de Mauris Juratus et jnterrogatus de *patronatu* Ecclesie sancti Martjnj de Mauris. dixit *quod dominus* Rex est *patronus* et presentat *dicte* Ecclesie.

Jdem Johanes gomez iudex. dixit *quod* in afonseca *habet dominus* Rex vnam mediam Cabalariam de *qua* pectant regi uocem et calupnjam et uadunt jn hostem et anuduuam et dant *prima* die Madij pro fossadeira *medium marabitinum*. et addit *quod dominus* Rex *habet* jn Afonseca mediam focariam Regalengam. de *qua* simj*liter* pectant Regi uocem et calupnjam et uadunt jn hostem et anuduuam. et dant Regi Annuatjm de foro. x. *alqueires* de Castaneis pissatis et vnam *teygulam* de *tritico* et. j. *quartarium* de Milio et Centeno. et dant octauam *partem* Regi de totis alijs focarijs Regis de *sancto* Martino dant Regi quartam de vino et sextam de lino. Martjnus *alffonsi* de Affonsseca Juratus dixit simj*liter*. *pelagius*. diaz de Affonsseca Juratus dixit simjliter.

D. peneda Juratus et *jnterrogatus*. dixit *quod dominus* Rex jn villar termjno de barriolo *habet* (1) vnam focariam *que* fuit de Egea monjz.

Jtem *habet* jn villar de suso termjno simj*liter* de barriolo. *tres*

FOLHA CLXVJ

focarias Regalengas *Jtem habet* jn paradelas. j. focaria.

Jtem habet sub Castello *sancti* martjni. ij. et vna fuit de Egea saluatoris. et Alia fuit de Alio bono homjne. *Jtem habet* jn Couelas duas. Jtem *habet* vnam et mediam jn barrio. Jn gujmara. *vnam*. jn peneda. ij. et *mediam*. jn uarzea. j. Jn lumbo et jn paos. vj. et uoca*tur* vna de bona et alia de Murganias et alia de *gunsaluus*. iohanis. et alia de laurencio et alia de tercias. et alia *quam* tenet Martjnus *martjni*. jn fonte sica vnam mediam. Jnterrogatus de foris regis de Jstis focarijs dixit *quod* de *quolibet* focaria de jstas debent dare Regi de foro Annuatjm si fuerint populate. v.^e^ *teygulas* de mjlio et. v.^e^ de Castaneis. et *tres teygulas* de Centeno. et duas *teygulas* de *tritico* et debent dare Regi *quartam* de vino. et sextam de lino et si nom *habuerint* linum *debent* dare vnum monoli*um* de *tribus* linarijs de lino ligatis. et *debent* dare Regi jn festo natallis de foro hunu*m* corazil et vnam teygulam de centeno et Almude de *tritico* et *quartam* de vino exceptis illis. sex focarijs. de lumbo et de paos. de *quibus nom* dant quartam de vino. et dant de *quolibet* focaria. vnu*m* franganum et pectant rregi vo-

(1) deest.

cem et calupnjam et vadunt jn hostem et anuduuam et debent esse maiordomj duo et duo ad inujcem maiordomj de Areis. et de totis Regalengis de sancto Martjno. et debent Respondere de maiordomatu si suspecti fuerint a domino terre sicut Judex viderit expedire. et dant pro madio singulos bragales.

Jtem dominjcus petri Juratus dixit quod jn terra de sancto Martjno de mauris. et jn suo termjno habet dominus Rex. nouem cabalarias mjnus tercia. Jnterrogatus. de locis. dixit quod habet vnam jn Barriollo que uocatur de pelagio pelagij. et habet aliam jn pausada. que uocatur de Suierio ueegas. et habet aliam jn paradelas. et est modo de petro petri et habet iij. jn villar de suso. et vna fuit jnde Roderico gonsaluij. et alia de Egea zoca et alia fuit de Johane pelagij. et habet aliam jn Mazorra et fuit de pelagio fernandi. et habet jn fonssica mediam. et aliam mediam jn paos. et habet jn peneda duas partes de Cabalaria. Jnterrogatus de foris Regis de Jstis cabalarijs. dixit quod pectant Regi uocem et Calupnjam et uadunt jn hostem et anuduuam cum Caballo et armjs. et dant Regi prima die Madij. j. marabitinum. Martjnus martjni de peneda quondam Judex de terra de sancto martjno de Mauris Juratus dixit simjliter.

de peneda

Martjnus petri de peneda quondam Judex. iuratus et jnterrogatus. dixit quod dona tharasia mjchaelis que fuit vxor de Egea gonsaluj. de fonte seca comperauit de Johane filio et de gil ujrina de quinque quinjonjbus duos de Jsta Caballaria mjnus tercia de peneda tempore Regis Sancij. fratris jstius Regis. et habebat iam alium quinionem. de longo tempore et tamen facit jnde forum Regi. dominjcus peneda Juratus dixit simjliter. petrus pequeno de peneda iuratus dixit simjliter. Martjnus Roderici mjlles Juratus dixit quod ista hereditas fujt Regalenga. qr (1) nom de Caballaria gunsalum. ueegas Juratus sicut Martjnus martjni.

de Affonseca

Martjnus afonso Juratus. et jnterrogatus. dixit quod jn afonseca. solebat dominus Rex habere vnam focariam que fuit de petro donjz et de fernando donjz. de qua solebant dare de foro Regi. xv. teygulas de pane et de castaneis. et alios foros et direituras. et quartam de vino. et sextam de ljno. et pectabant Regi uocem et calupnjam et ibant jn hostem et Anuduuam. et debebat esse maiordomj sicut superius scriptum est et modo donnus menendus gunsalui de Affonseca habet jstam focariam regalengam et nullum forum faciunt Regi et fecit in ea bonos duos casales et addit quod ipse vidit de jsta focaria facere regi jstud forum Jnterrogatus quo modo uel qualiter. donnus menendus gaaniauit uel habuit istam focariam. dixit quod donnus gunsaluus ueegas pater eius gaanjauit de Jsta focaria et donnus Menendus habuit quasi per forciam aliam tempore dominj rregis sancij fratris Jstius Regis. Pelagius diaz de afonsseca Juratus dixit quod ut ipse audiuit Petro donjz et ff. donjz fuerunt homines herdadores et creauerunt donum gunsaluum ueegas et donus gonsaluum (1) impetrauit jstam hereditatem de Jstis heredibus. et modo habet eam. donnus. Menendus gunsaluij. filius eius. Johanes paris iuratus et jnterrogatus. dixit quod jsta focaria de afonsseca que fuit de petro donjz et de fernando donjz est Regalenga et addit quod vidit abril. et andream filios de fernando donjz et de Marjna facere Regi forum de Jsta focaria et leuare jnde herectam et bragalem ad prestamarium (2) Regis. et addit eciam quod vidit facere jnquisicionem super ista focaria per Judicem de terra et per homines Regis et vidit dare illam. pro Regalenga. Jnterrogatus quo modo uel qualiter habuit gunsaluus ueegas jstam focariam Regis. dixit quod creauerunt ibi donnum Gonsalum ueegas. et Amy eius herdauerunt ibi jllud.

Jtem Martjnus Alffonssy Juratus dixit quod donus menendus gunsaluij de Affonseca fecit jn hereditate Regalenga Regis jn Ripa de bestançia sub ponte vnas laradas bonas de vinea. et fecit ibi duas casas. et petrus garssee quondam Judex de sancto Martjno fecit jn eodem loco jn Regalengo Regis per mandatum dominj gunsaluj menendi qui tenebat terram a rrege. vnum molinum de quo faciebat Regi forum de vno capone. et x. oua. et vnam teygulam de tritico. et modo donnus Menendus habet et possidet istum molinum et jsta alia prescripta et nullum forum facit Regi. Jnterrogatus de tempore quod donnus Menendus gunsaluj filiauit istum molinum. et fecit totum hoc. dixit quod tempore dominj Regis sancij fratris jstius Regis. Petrus filius de Affonsseca. Juratus dixit quod petrus garssee quondam

(1) sic.

(1) Ieia: gonsaluus.

(2) Mordomo ou rendeiro que cobrava os foros e pensões dos *Aprestamos*.

Judex et morans jn barrio fecit jstum molinum. pel*agius* diaz de Afonsseca. iur*a*tus. dixit simjl*iter*. sic*ut* Mart*jnus* Alfonsi per totu*m* Mart*jnus* veegas de Afonseca Juratus dixit sicut pet*rus* filius. et addit q*uod* pet*rus* garssee q*ui* fecit istud molinu*m*. morabatur jn Regalengo Regis. do*mi*njcus pet*ri* de bazio filius de pet*ro* garssee judiçe dixit simjliter. p*er* totu*m* sicut Mar*tjnus* Alfonssy exceptis ouis. Mar*tjnus* roderiçi mjles Juratus dixit q*uod* iste locus et moljnus est Regalengus.

Jtem Martjnus Alfo*nsi*. Juratus dixit q*uod* ipse uendidit don*no* me*nen*do go*n*salu*j*. vnam pezam de hereditate foraria Regis de Caballaria de Afonsseca. jn Ripa de bestancia sub ponte illic vbi moratur Egas pet*ri* et m*odo* don*nus* me*nen*dus ha*be*t istam hereditatem et nul*lum* for*um* facit Regi. Jnt*errogatus*. de temp*ore* dixit q*uod* t*em*p*ore* do*mi*nj Regis. S*ancij* f*ra*t*ris* istius Regis. Pelagius diaz de Afonseca Juratus dixit simjliter. Martjnus veegas de Afonsseca. iuratus dixit q*uod* ista hereditas est foraria Regis s*ed* nescit si e*st* de Caballaria. siue de focaria. do*mi*njcus pet*ri* de barrio dixit sic*ut* Mar*tjnus* ueegas. go*nsa*luus pet*ri* de hermegaldi Juratus dixit q*uod* ista hereditas e*st* foraria Regis de Caballaria et Mar*tjnus* Alfonssy vendidit illam don*no* me*nen*do gu*nsa*luj. p*re*dic*to* t*em*p*ore*.

Jtem Mar*tjnus* Alffonsi Juratus dixit q*uod* jn villa de barrio termjno et parrochia sa*ncti* Mar*tjnj* h*a*buit do*minus* Rex. ij. focarias et media*m* Regalengas forarias rregis sic*ut* sup*er*ius est sc*ri*ptum et m*odo* no*m* h*abet* n*isi* t*antum* vnam focariam et mediam. Jnterro*gatus*. de q*ui*bus fuer*unt* iste focarie dixit q*uod* vna de jstis focariis sunt de pelagio botelia et hec est Absconsa. et alia et media uocatur de pet*ro* g*ar*ssee. et hec publicata Regi et faciunt de ea Regi for*um*. Jnt*errogatus*. qu*i*s h*abe*t jstam aliam focariam Regalengam Regis q*ue* uocatur de pelagio botelio. dixit q*uod* Capud de jsta focaria. stetit et fuit ad nogariam de barrario et m*odo* Johanes gomecij Judex tenet locum jstum. et tenet i*n* eode*m* loco vineam jn hereditate de Jsta focaria. et dat de jsta vinea q*uar*tam partem de vino Regi et lagaridam (1). Jnt*errogatus* si aliqu*i*s alter h*abe*t. de jsta focaria Regis qui dicitur de pelagio botelia. dixit q*uod* de afonsseca tenet et h*abe*t de ea jn barrio un*am* bonam vineam et nullum for*um* facit de ea Regi do*mi*njcus

de Barrio

(1) Direitura ou foragem paga em vinho do lagar.

pet*ri* de barrio Juratus dixit q*uod* audiuit dicere pet*ro* garsse patri suo q*uod* jn medio de jsta vinea q*uam* tenet Rodericus me*ne*ndi Jacet vna peza de Regalengo de focaria q*ui* dicit*ur* de pelagio botelia.

Johanj*no* de Cantim Juratus dixit q*uod* Martjnus bene*dictus* cl*er*icus *compe*rauit de media focaria Regalenga de barrio q*ue* uocatur de maurel. de filijs de do*mi*njco de barrio j*n* Conchouso t*em*p*ore* Regis sancij frat*ri*s jstius Regis.

Jt*em* Martjnus guilhelmj Juratus dixit q*uod* fillij et nepotes de d*omi*njco et de dono Adriano de barrio tene*nt* et h*abe*nt bonas vineas i*n* barrio Regalengas Regis. et Jace*nt* sub maurel. et nullum for*um* faciunt de eis Regi. et addit q*uod* ipse Recepit de ipsis ujneis q*u*artam de ujno pro ad Rege*m*. do*mi*njcus pet*ri* de barrio Juratus dixit q*uod* iste vinee sunt Regalenge. et dixit q*uod* dant de eis Regi Racione*m*. Johanj*no* de Cantjm Juratus. dixit q*uod* ipse laborat istas vineas et fecit de eis for*um* filijs. et nepotibus de don*no* Caluo cl*er*ico. et Mar*tjno* m*a*r*tjni* de zamudes. et no*m* Regi.

Jt*em* Martjnus guilhelmj Juratus dixit q*uod* fillijs de perelom et de donno do*mi*njco tene*nt* vnam bonam vineam jn barrio Regalengam de q*ua* solebant dare quarta*m* de vino et nom dant illi nisi vnum modiu*m*. do*mi*njcus pet*ri* de barrio filius de pet*ro* garssee Juratus dixit simjl*iter*. Johanin*o* de Cantjm q*ui* tenet de Jsta vinea Juratus dixit simjl*iter*.

